
PARACELSUS
Tib. Benedictus
Raym. Lullus
Alkindus
alii

2240


T





6 H Cov

4°
T. d. 7



Theophrasti Paracelsi
Liber vexationum.

Eiusdem De Vitriolo notatu digna.

Liberii Benedicti Nucleus sophicus

Ray. Lullii De conditionibus Vini

Alkindus De radiis.

Anonymi Amulletu apologeticum
en latin et en françois.

Trithemii Experimenta

Anonymi in Cosmopolitam
Item in epistolā Joannis Pontani

Joannis Voltangi De Materia universali.

Diagraphe Anonymi Phi.
Rosiae crucis.

Coelum Philosophorum
sive
Liber vexationum
Theophrasti Paracelsi.



41. Ex Libris Sanctae Genovefae parisiensis 1753

Coelum Philosophorum
sive
Liber Vexationum
Theophrasti Paracelsi.



Praefatio D. Theophrasti Paracelsi quibusuis Alchimistis atque lecto= ribus praemissa.

1. Quos Alchimia Spiriti thesauros quotquot etiam vobis maximas pollicemini divitias, aut ☉ atque ☾ae plurimum cupitis extruere; hoc Alchimia diversimode pollicetur ac docet.

2 Pariter et vos qui labores et vexationes Alchimiae libenter sustinetis, abstinere tamen ab ea minime vultis donec vobis suae praemia promissionesque cognita sint; experientia docet indies e millibus ne unum quidem, votum assequi: quod naturae ~~[illegible]~~ defectus et Artis existat, non dico; sed fati potius et Operantis imperitia.

3 Quapropter non ut solent alii vulgaris Alchimistae communiter, libellum hunc describere volui, nam grandem admodum ~~illi~~ Artem illi, processusque docere digere prolixissimos.

4 Recipe Antimonium hoc liquefieri permittas cum Sale Nitro et Tartaro: Cuius unciam semis accipe, ☉ia tantundem, ♃ia ~~[illegible]~~ tres drachmas, quibus adde Sulphuris drachmam unam, vitrioli unciam unam,

Liber vexationum Paracelsi.

unciam unam, et ☾[a] tantum ut istius postremi: liquefiant in Crucibulo cum Arsenico.

5 Cum itaque Signorum, Syderum, planetarum, coelestiū characteres unà cum ceteris nominibus receptis, materialibus et instrumentis, in arte peritis notissima sint; hoc denuò recensere libello superfluum esset: quamuis huiusmodi Signorum nominum et characterum usus tempore suo non sit inutilis.

6 Alius hic Alchimiae quàm antea tractandi Modus per septem Canones ex Metallorum ~~[illegible]~~ septem serie deductus obseruatur; qui licet pomposa verborum elegantia non erumpant, nihilominus in eorum consideratione quicquid de Alchimia sperandum est abundè satis et aliarum rerum Arcana plurima continentur: ex quibus etiam per speculationem admiranda quaedam et noua resultant Opera, quae multoties antiquorū Operantium et naturalium Philosophorum Scriptis ac opinionibus diuersa, probatione quidem et experimento, reperta sunt.

7 Primo nihil in hac Arte verius quam idipsum quod minimè cognitum est cuique minor fides adhibetur: Occasio causaque sola difficultatis omnis in Alchimia propter quam ad pauperitatem reducuntur plurimi, reliqui frustra laborant, est Operantium imperitia, materiarumque nimia vel pauca nimis quantitas aut qualitas: ex quibus omnibus, res in operationibus vel destruuntur vel rediguntur ad nihilum.

8 At si verus processus fuerit inuentus, res ipsa se mutans inde ad perfectionem magis accedit: Recta via facilis sed a paucissimis reperitur.

9 Aliquando fieri potest ut speculatiuus quispiam, ac operans Artifex aliquam Artem in Alchimia per desiderium suum excogitare valeat,

valeat, sive quidpiam aut nihil inde sequatur.

10 Sed opus ipsum oportet facere, quo quidpiam in quasi nihilum reducatur, et iterum aliquid de illo quasi nihilo oriatur.

11 Hoc est in veterulorum proverbium, non tamen utique falsum; Destructio sive Corruptio bonum perficit: Nam bonum apparere nullo modo potest propter suum occultatorem: Bonum etiam minime bonum dum occultatum est: Sed occultator est amovendus, ~~vn~~ ut bonum libere cum claritate suâ valeat apparere.

12 Glossa. Occultator est Mons; Arena, Terra, vel Lapis in quibus Metallum crescit.

13 At unumquodque Metallorum visibilium est occultator aliorum sex Metallorum.

14 Et quia per elementum Ignis imperfecta quaeque corrumpuntur aduruntur et reducuntur in nihilum uti sunt haec Metalla quinque ☿ ♃ ♂ ♀ ♄: e contra perfecta simili non absumuntur igne veluti ☉ et ☾ quo fit ut in igne permaneant, et de aliis imperfectis in quibus corrumpuntur vel destruuntur, simul corpus suum assumant et appareant oculariter.

15 Qui et quonam titulo id fiat de septem Canonibus sequentibus colligi potest, etiam cuius naturae sive proprietatis quodlibet Metallum existat quid cum aliis operetur et possit in eorum commixtione.

16 Verum hoc apprime notandum est septem istos Canones à quovis licet acutissimo Lectore prima facie lecturaque leviter intelligi non nisi posse: Nam cuivis intellectus occulta non

facile admittit

facile admitti, quapropter quivis horum Canonum disputationibus indiget non exiguis.

17 Plurimi sunt elati Spiritus qui sibi tendere persuasum habent haec omnia quae libellus iste continet intelligere, foreque futilia; meliora se habere putant, ista quoque spernere solent.

Canon Primus.

De natura et proprietate Mercurii.

18 Omnia sunt in omnibus occulta. unum et ipsis omnibus Occultator est eorum, et vas corporeum, continens, extrinsecum, visibile, et mobile: liquefactiones omnes in isto contentae manifestae sunt; nam istius continentia, vivens et corporeus Spiritus existit: Ideo coagulationes omnes aut congelationes in eo conclusive comprehensae, cum liquefactione quidem acquisita, circumdatae, nec non contentae sunt. Nullum huic liquefactioni, minus sua origini, potest inveniri nomen, vel quo vocetur: et quia calor nullus est tam vehemens qui huic aequiparari possit, ignis tartarei calor illi comparari debet.

19 Huiusmodi liquefactio nihil prorsus commune habet cum aliis liquefactionibus, naturalis ignis calore factis; frigoreque naturali congelantibus aut coagulantibus: quas congelationes, ob eorum debilitatem in Mercurio agere nequeunt ista liquefactiones, hac ratione illas illas contemnit.

Inde colligere

20. Inde colligere licet 4or Elementares vires corrumpentes nihil operari posse contra virtutes coelestes quae Essentia quinta vocantur: Nam Elementa nihil huic quintae Essentiae addere vel adimere possunt: Coelestes et infernales vires Elementia 4or non obediunt sive sicca, humida, calida sint, vel frigida: Nullum eorum Elementorum operandi facultatem habet contra quintam Essentiam: sed quodlibet proprias vires et operationes in se continet.

Canon 2us.

De Ioue eiusque proprietate.

21. Quod manifestum est (intellige corpus Iovis) sed Metalla spiritualiter occultat, unum quidem alio profundius tenaciusque. Iupiter nihil de Quinta participat Essentia, sed 4or Elementorū est natura; quapropter eius liquefactio levi penitus igne superveniente manifestatur, et accedente frigore similiter levi coagulatur, cum aliorum omnium Elementorum liquefactionibus affinitatem habet: Nam quanto quid alteri naturâ fuerit similius tanto facilius unitur illi per coniunctionem: facilior etiam est magisque naturalis propinquorum quam remotorū ad invicem operatio.

22. Remotum fallere ~~potest~~ solet, eo quod in ipso vix minimum videatur, etsi maximum existat: hinc fit ut ad superos non anhelent homines quia plurimum ab eis distant eorumque gloriam non vident: Pariformiter inferos admodum non formident

quod remoti sint

quod remoti sint: eorumque status et potentia miseriam
nemo viventium novit aut expertus est, hac de causa nihili
sit infernus. Res enim remotiores eo viliores habentur
quo rudiorem locum obtinent; quia pro loci proprietate
quaeque res melior evadit vel imminuitur: quod variis
exemplis demonstrari potest. Quapropter quanto magis
♃ a ♂ et ♀ est remotior, propinquior etiam ☉ et ☾ reperitur,
et tanto maiorem aureitatem aut argenteitatem ut ita loquar
in corpore suo continet, grandiorque fortior tangibilior
perceptibilior acceptior notior et verior quam in remoto
reperitur.

23 Rursus quo res quaevis remotior, eo vilior existimatur in
praedictis omnibus: ideo quod semper praesens, absenti rei
praefertur. Quanto propinquius, est manifestum;
tanto remotius, est etiam occultum: Quamobrem Alchy-
mistae diligentia summa spiritualis occultus et remotus
considerandus atque notandus est locus in quo sunt ☉
et ☾ sub ~~[illegible]~~ Jove: tum quod ipse cupiverit in
distantia quaerat; ut in propinquo videat eo loco in quo
Jupiter corporaliter stetit, Solem et Lunam ocularitur
ad quodvis examen resistentes sine fuco.

24. Unum alteri permiscere, tum alterum ab altero purum
separare nihil aliud est quam permutatio per alchymicum
perfectum laborem instituta. Nota. Aurum multum
Jupiter et non parum Argenti habet. Saturnus et
Luna imponantur ei, et augmentabitur Luna de
reliquis.

Canon 3.us

De Marte et sua proprietate.

25. Occulta sex metalla septimum expulerunt, a seque detruserunt; et illud effecerunt corporale, valorem illi minimum relinquentes, maximamque duritiem et onus imponentes: hoc facto omne suum coagulationis robur atque duritiem in istud excusserunt et manifestarunt: e contra colorem, liquefactionemque cum sua nobilitate sibi retinuerunt.

26. Difficillimum est et laboriosum ex inepto vulgarique homine Principem aut Regem fieri. Sed Mars validâ pugnacique manu dominium acquirit, Regisque locum occupat. Est tamen quod caveat ab insidiis ne capiatur ex improviso. Considerandum venit qua ratione Mars Regis locum, et Sol et Luna cum Saturno locum Martis obtinere valeant. Nota

---

Canon 4.us

De Venere et suis proprietatibus.

27. Alia sex metalla ex omni suo colore, medioque suae lique=factionis, cum inconstantia corpus Veneri extrinsecum fecerunt. Necessarium tamen foret aliquot exemplis demonstrare quo pacto visibile, ignis beneficio invisibile sive occultum; et hoc invisibile visibile sive materiale id est manifestum fieri possit.

28. Quicquid est combustibile naturaliter per ignem transmutari

potest de una

potest de una in aliam formam videlicet in calcem fuliginem cineres vitrum colores lapides et in terram: quae terra postrema rursus in multa corpora nova reduci potest metallica.

29 Si Metallum etiam adustum aut aerugine vetustâ fragile esset, malleationem ignitionibus iterum adipiscitur.

Canon 5.[9]

De natura et proprietatibus Saturni.

30 De propria sua natura Saturnus ita loquitur: Pro suo me habuerunt examinatore sed alia Metalla, de quo loco spirituali extruserunt a se: corrupti~~bile~~bile corpus in mansionem mihi adiecerunt, ut quod ipsa nec sunt nec esse cupiunt sim id ego: Sed fratres mei spirituales sciunt, inde fit ut corpus meum quoties ignitus sum penetrem, ac una me pereunte per ignem, pereant et ipsi mecum, Sole et Luna tamen exceptis quae mea mundantur et superbiunt aqua.

31 Spiritus meus est Aqua, solvens fratrum meorum rigida et congelata corpora: Corpus vero meum ad Terram est proclive: Quicquid in me recipitur, etiam proprium fit sui, et per me in unum corpus efficitur.

32. Mundo minime foret utile si cognosceret aut saltem crederet ~~quinda~~ quidnam ~~in~~ in me lateat, et quid efficere possim: utilius foret sed meum id quod facere possum patrare sciret; et

Alchymistarum

Alchymistarum artes omnes destruere, hoc solo quod in me est et per me fieri potest videtur.

33. Frigoris lapis in me est, hoc est Aqua per quam Spiritus congelari facio sex Metallorum, in esse corporum Septimi; hoc est Solem cum Luna promovere.

Canon 6.

De Luna et proprietatibus suis.

34. Ex Luna conficere velle Saturnum aut Martem non est levius vel facilius opus, quam ex Mercurio Jove Marte Venere Saturno, Lunam ingenti lucro facere velle: non est enim utile perfecta in imperfecta sed imperfecta in perfecta transmutare.

35. Sed quaenam sit materia Lunae vel unde proveniat oportet etiam cognoscere: quisquis id considerare non valet vel perquirere, nec Lunam efficere poterit.

36 Si rogetur, quid est Luna? Est ex sex Metallis Spiritualiter occultatis ipsa Septimum exterum corporeum et materiale: Nam semper Septimum sex alia Metalla in se continet Spiritualiter occultata. Et sex Metalla Spiritualia non persistunt absque uno Metallo extrinseco et materiali: Sic etiam nullum corporale Metallum absque illis sex Spiritualibus locum aut essentiam habere potest.

37. Corporalia Metalla septem liquefactione bene permiscentur,

sed mixtum

Sed mixtum hoc; non est, ad faciendum Solem et Lunam, utile. Nam in ea mixtura manet quodque Metallum in sua natura vel fixum in igne, vel ab eo fugit: Exempli gratia misce quocumque modo potes Mercurium Jovem Saturnum Martem Venerem Solem et Lunam; ob id minime fiet ut Sol et Luna, quinque caetera ita permutentur ut ex Sole et Luna fiant illa Sol et Luna: quamvis enim omnia liquefacta sint in massam unicam, nihilominus manet in sua natura quodlibet hoc ipsum quod est. haec sunt quae de corporali mixtione indicanda fuerunt.

38 De Spirituali vero mixtione et communione Metallica, sciendum est, nullam separationem aut mortificationem spirituum neque esse nec dari posse: quia tales spiritus ~~[illegible]~~ absque corporibus numquam persistere possunt: etiam si corpus in una hora centies illis adimeretur vel mortificaretur, nihilominus aliud semper priore multo nobilius acquirerent.

39 Et haec est Metallorum transpositio de una morte in aliam hoc est de minori gradu in maiorem hoc est in Lunam; et ex meliori in optimum et perfectissimum id est in Solem splendidissimum et omnium regalissimum Metallum.

40 Est igitur verissimum quod supra dictum est saepius sex Metalla septimum semper generare, aut ex se in esse manifestum producere.

41 Quaestio. Si verum est Lunam et quodlibet Metallum ab alijs sex originem ducere generarique: Quae est igitur eius proprietas et natura?

42. Responsio. Ex Saturno, Mercurio, Jove Marte, Venere, et Sole nihil nec aliud Metallum fieri potest quam Luna:

Causa est

Causa est quod aliorum sex Metallorum quodlibet bonas duas habet virtutes quarum summatim duodecim sunt hae virtutes in Luna sunt spiritus argenteus qui brevibus verbis ad hunc modum cognosci potest: Nam Luna est sex spiritualibus Metallis et eorum virtutibus quarum vnumquodque duas possidet. Summatim itaque duodecim sunt in vno corporali Metallo positae virtutes quae duodecim signis coelestibus comparantur.

43 Habet enim Luna ex planeta Mercurio, et ex Aquario, et Piscibus, liquationem et album suum splendorem: ex Ioue, Marte, et Tauro, colorem album et in igne magnam suam constantiam: ex Marte, Cancro et Ariete, duritiem bonumque suum clangorem: ex Venere, Geminibus, et Libra, modum siue mensuram coagulationis et suam malleationem siue ductibilitatem: ex Saturno, Scorpio, ~~[illegible]~~ et Capricorno, corpus suum homogeneum fixumque cum grauitate: ex Sole, Leone, et Virgine, sinceram puritatem magnamque suam constantiam aduersus vires igneas. Talis est naturalis cognitio exaltationis et causae spiritus et corporis argentei siue Lunae; cum sua natura composita, et sapientia; breuibus verbis exposita.

44: Dicendum est vlterius qualiter, huiusmodi spiritus metallici, corpus in sua primitiua generatione per coelestem influxum sibi acquirant, nempe vilem lapidem aspectu contemnendum quem tusum, liquefacit corrumpit et mortificat igne, fossor metallarius omnino: Tunc metallicus ille spiritus in tali mortificatione, melius

atque

atque nobilius, non friabile sed malleabile corpus recipit.

45 Accedit Alchymista qui tale corpus metallicum rursus corrumpit mortificat et artificiosè praeparat: Sic iterum Spiritus ille Metallicus nobilius et perfectius induit corpus, manifestò se prodens in lucem, sive in Solem aut Lunam: Sicque Spiritus et corpus metallica perfectè simul unita, sunt ab ignis elementaris corruptione tuta, nec non incorruptibilia.

Canon 7.[9]

De natura Solis et proprietatibus suis.

46. Septimum ex sex Spiritualibus Metallum est Sol corporalis qui in seipso nihil aliud est quam purus ignis. Quod autem extrinsecus, fulvius flavius apparentius perceptibilius ponderosius frigidius ac magis homogeneum corpus visui perceptioneque possideat, huius causa est quod aliorum sex Metallorum congelationes in se contineat, quibus in unum corpus extrinsecum est compactissimum factum:

47 Eius tamen per ignem elementarem liquefactio provenit vel causatur ex Mercurii, Visium, et Aquarii liquefactionibus, in eo Spiritualiter occultis: huius exemplum est manifestissimum, quod Mercurius cum Sole facilius per amplexum commiscetur corporaliter.

48. Sed, Sol post liquationem recedente calore, frigoreque

superveniente

superveniente extrinsecus coagulari, durum et solidum fieri, reliquorumque quinque Metallorum est occasio, nempe Jovis Saturni, Martis, Veneris et Lunae*. In istis quinque Metallis frigus cum dominio habitat. Non potest etiam Mercurius calore suo naturali vel liquatione Soli subvenire nec ipsum defendere contra quinque istorum Metallorum frigiditatem: eo quod Mercurii calor, non est sufficiens ad Solem in liquatione retinendum: quapropter oportet Solem quinque Metallis obedire magis quam unico Metallo Mercurii. Ipse etiam Mercurius, officii nihil aliud habet ex seipso praeterquam semper fluere seu liquidum esse.

* quorum naturam complectitur

49 fluidum efficere caloris est, vitaeque natura: sed frigiditas duritiei, ~~contile~~ consolidationis, et immobilitatis naturam habet, quae morti comparatur. Exempli gratia sex Metalla frigida Jupiter Venus Saturnus Mars Luna et Sol si liquefieri debent, ignis calore fiat id necessarium est: sed nix aut glacies quae frigida sunt Metalla ipsa liquefacere non possunt sed potius indurabunt: statim enim atque Metalla in igne posita fuerint ut liquefiant, nix adhibita ab ipsis, et frigiditas illa arripiens, congelata dura et immobilia Metalla ipsa reddet.

De Mercurio

50 Sed quod Mercurius fluidus atque vivus semper maneat: dic quaeso an calore vel frigore id efficiatur? Qui responderet frigida humidaque natura id fieri, tum a frigiditate vitam habere; opinionis huius assertor, Naturae nullam cognitionem habentium vulgo seductus est; vulgus enim de quibus suis nil nisi falsum iudicat, hoc etiam firmiter tenet: quapropter necesse est quod ab eo recedat quicumque veritatem cupit cognoscere: Mercurius siquidem ex frigida minime,

sed ex calida

Sed è calida et ignea natura vivit: Quodvis etiam vivens, igneus est: quia calor est vita, frigus verò mortis causa et occasio. Sol ex se ipso purus est ignis non tamen vivus sed durus, et sulphuris tantum colorem demonstrat, ut flavum et rubeum, permixtum in eo proportionaliter.

51 Metalla quinque frigida sunt Jupiter Mars Saturnus Venus et Luna quae suas tribuunt Soli virtutes; scilicet secundum frigiditatem, corpus ipsum: secundum ignem, colorem: secundum siccitatem, duritiem: secundum humiditatem, pondus sive gravitatem: et ex splendore, clangorem

52 Quod autem Sol in igneo terrestris elemento non comburitur nec etiam corrumpitur, efficit hoc ipsius Solis constantia: Nam unus ignis alterum adurere non potest: sed potius si ad ignem accedit ignis, augetur validiorque fit in suis operationibus.

53. Coelestis ignis a Sole in terrestria demissus, tunc non est talis ignis qualis est in Coelo nec similis nostro igni communi: Sed ignis ille coelestis; apud nos est frigidus rigidus et congelatus ignis, hoc est corpus Solis sive Auri. quare Sol sive Aurum per nostrum communem ignem superari nullo modo potest, sed solum liquefieri, sicut nix ab ipso coelesti igne sive Sole liquefit in aquam. Ignis igitur ignem comburendi potestatem non habet: quia Sol sive Aurum est ignis; qui in Coelo solutus, apud nos verò coagulatus existit.

Aurum est in entia triplex
1 Coeleste
2 Elementare
3 Metallicum
est
Solutum
fluidum
Corporeum.

Finis septem Canonum

Deus et Natura nihil faciunt frustra.

54 Locus rerum omnium rerum perpetuus, temporis expers ac principii finisque; locorum ubivis operatur, essentialiter operatur ubi nulla spes est, operatur id quod reputatur impossibile. Quod etiam incredibile desperatumque videtur, mirabiliter in veritatem erumpet.

Nota, de partibus super Mercurium vulgi

55. Quicquid in colorem album tingit, vitae naturam habet suisque proprietatem atque potestatem quae vitam causat facitque: In hoc motu quidem ignis cum suo calore, vitae eius est origo.

56 Quicquid e contra tingit in nigredinem aut nigrum efficit, naturam cum morte communem habet, tenebrarumque proprietatem et vires mortis efficaces: Corruptionis huiusmodi coagulatio fixatioque terra est cum sua frigiditate. Domus enim semper mortua est, sed eam inhabitans vivit: cuius rei exemplum si reperire verum poteris, vicisti.

Pulvis liquefactivus, probatus.

Pinguedo adola verbenâ.

57. Recipe salis nitri uncias quatuor: Sulphuris medietatem. Tartari unciam unam: misce et liquefac.

Quidnam de Mercurii congelatione sentiendum.

58. Mortificare vel congelare Mercurium, et postmodum in Lunam con~~gelare~~vertere

Lunam ~~[illegible]~~ convertere velle, magnoque labore eum sublimare vana sunt opera; cum illa sine Solis et Lunae in eo existentium, tantum quaedam dissipatio.

59 Est enim alia longe diversa propinquiorque via qua Mercurius parvo dispendio laboreque minori, sine congelatione transmutatur in Lunam.

60 Quilibet autem libenter addisceret artem hanc ~~[illegible]~~ in Alchymia tam levem atque facilem, per quam brevi tempore Solis et Lunae plurimum facere posset. Cumque non nisi cum taedio prolixa verba et scripta legantur, sic exhortantia; hoc et ita facito, operare sic et habebis Solem et Lunam quibus in ditissimum virum evades; optaret utique Alchymista ut directis verbis admoneretur. Tantisper exspecta quaeso, donec citra laborem brevibus verbis tibi id declaretur praemansumque ingeratur in stomachum, ut ex Saturno et Mercurio et Jove Solem et Lunam illico ~~facias~~ conficias.

61 Non sane nec esse potuit unquam haec Ars ~~ars~~ inventu factuque tam communis, ac in seipsa facilis existit. Solis et Lunae fabricandorum promptitudo per Alchymiam tam facilis est ut nec libris nec doctrinis scriptis opus sit nec magis necessarium quam si de Nive annali quis scribere vellet.

De Deceptiis Alchymiae

62. Quid ergo de Deceptiis Alchymiae vasorumque et instrumentorum diversitate dicendum est? uti sunt fornaces, vitra, Ollae, Aquae, Olea, Calces, Sulphura, Salia, Salpetrae, Alumina, vitriola, Chrysocollae,

Atramenta,

Liber vexationum Paracelsi.

Atramenta, Auripigmenta, Fel vitri, Cerussa, Terra rubea, Lutum Sapientiae, Tutia, Cera, Vitrum contusum, Viride aeris, Fuligines, Testae ovorum, Crocus martis, Sapo, Chrystallus, Creta, Arsenicum, Antimonium, Minium, Elixir, Lasurium, Sol laminatus, Salnitri, Sal armoniacum, Lapis calaminaris, Magnesia, Bolus armenus, Tartarum, Borax, Fel vitri, Rubrica, Calx, Pix, Oleum humanum, Pili, Lac virginis, Acetum, Aquafortis Lapis lasuli, et alia plura: Et praeterea de Praeparationibus Putrefactionibus Digestionibus Probationibus Solutionibus Cementationibus Filtrationibus Reverberationibus Calcinationibus Graduationibus Rectificationibus Amalgamationibus Purgationibus Coagulationibus &c quibus libri Alchymiae sunt refertissimi: Et tandem etiam de Herbis, Radicibus, Seminibus, Lignis Lapidibus, Animalibus, Vermibus, Ossium Cineribus, Limacum capsulis, Conchis, ~~Coch~~ Cochleis et Pice.

63. Haec et similia quaeque sunt in Alchymia remotissima quaedam imo vanissima ~~[illegible]~~ laborum onera; quibus etiamsi Sol et Luna fieri posset, nihilominus intentionem nostram magis impediunt ac retardant quam promovent.

64. Non est igitur de his ut vere loquar addiscendum id quod ad artem nos docet Solem et Lunam fabricandi sive faciendi. Quapropter omittenda sunt ea quae cum quinque metallis nihil prorsus operantur ut ex eis ~~Lun~~ Sol et Luna producantur.

65 Percunctari posset quispiam quae est igitur haec via

breuisque

breuesque fundamentum nullam difficultatem habentia, quibus tam cito Sol et Luna fieri possint vere et sine fuco?

66. Responsio. Abunde satis in septem Canonibus, et aperte id iam dictum est: qui per hoc intelligere non potuerit frustraneus labor esset amplius eum instruere: Non est etiam quod sibi quis persuadeat ea tam facile intelligi posse, verum occulto sensu melius quam aperto pervestiganda illa sunt.

Nota. 67 Haec est Ars. Postquam Coelum aut Saturni sphaeram cum vita currere feceris super terram impone planetas omnes vel quos aut quot volueris ut Luna tamen portio sit minima. Omnes currere permittas donec Coelum Saturni penitus evanuerit: manebunt omnes illi planetae mortui cum antiquis suis corruptibilibus corporibus, interim aliud novum perfectum et incorruptibile corpus nacti.

68. Illud enim corpus est spiritus coeli de quo rursus illi planetae corpus et vitam accipiunt et vivunt sicut antea. Corpus istud novum accipe de vita et de terra, quod serua: est enim Sol et Luna.

69. En habes Artem omnino manifestatam et integram. Si nondum intelligis eam aut calles, bene est: ipsam enim fictam nec evulgatam esse satius est.

Quo pacto coniurandus sit Chrystallus ut omnia in eo videantur.

70 Coniurare nihil est aliud quam rem aliqua recte observare scire et intelligere quid ea sit: Chrystallus est figura Aeris: quicquid in

quicquid in Aere vel mobile vel immobile apparet, idem apparet etiam in speculo Chrystallo et Aqua: Aer enim, Aqua, et Chrystallus quoad visum unum sunt instar speculi, in quo replica inversa videtur.

De Calore Mercurij.

71. Quotquot Mercurium humidae frigidaeque naturae esse indicant aperto errore victi sunt, quia non est nisi de sua natura summè calidus et humidus, cujus occasione semper ac perpetuo fluit.

72. Nam si humidae frigidaeque naturae Mercurius esset, Aquae congelatae similitudinem haberet, semperque durus et solidus persisteret, ignisque calore primum ut alia Metalla ipsum liquefieri foret necesse, quo quidem non indiget cum liquationem et fluxum habeat ex proprio calore sibi naturaliter insito qui tenet ipsum in fluxu perpetuo, vivumque facit ut nec mori nec coagulari vel congelari queat.

73. Id maxime scitu dignum est, Metallorum Spiritus septem cum quotquot commixta fuerint simul ac in ignem veniunt inter sese pugnam agere, praecipuè Mercurium, sic ut quisque Metallorum Spiritus suam in alium vires atque virtutes exerat, vincendi liquefaciendi transmutandique desiderio: unus alterius virtutem vitam et formam depraedatur, aliamque naturam et formam illi tribuit. Calore commouentur itaque Metallorum Spiritus cum vaporee ad operandum in sese mutuò nec non ad transmutandum de una virtute in aliam quousque ad perfectionem et puritatem ventum sit.

74. At quidnam agendum praeterea cum Mercurio est, ut humiditas et caliditas illi possit adimi, quarum loco

frigiditas

frigiditas introducta consolidaret omninoque mortificaret eum? hoc fac quod sequitur. ℞ pixidem argenteam purissimam qua conclude Mercurium, imple ollam plumbo liquato, in cuius medio immitte pixidem cum Mercurio, per integrum diem fluat Saturnus. Sic adimetur Mercurio calor occultus; caloreque ignis externus internum Saturni Lunaeque frigus sibi conciliabit, utriusque naturae frigidae; quo Mercurius gelascit riget obdurescit.

75. Nota: frigiditatem (qua Mercurius indiget in sui consolidatione mortificationeque) sensu minime perceptibilem esse extrinsecus, instar nivis aut glaciei: sed potius extrinsecus calidum quid apparere. Non aliter de Calore Mercurij quo fluit ille iudicandum est, non esse caliditatem extrinsecus percepti= bilem, ad nostrarum qualitatum similitudinem: imò extrinsecus tanquam frigiditas percipitur. Unde Sophistae (gens inexpertè loquax) perperam asserunt Mercurium esse frigidae humidaeque naturae: quo fit ut etiam illum non aliis quam calidis rebus congelare studeant, quibus tamen fluidiorem effici potius quam solidum suo damno, quam lucro magis indies experiuntur.

76. Vera Alchymia quae unica Arte tantum Lunam aut Solem ex quinque Metallis imperfectis fabricare docet, aliud Receptum non admittit praeter illud quod sic et verè docet dictatque; Solum ex Metallis, in Metallis, per Metalla, et cum Metallis, perfecta Metalla fiunt: Nam in aliis Luna, et in aliis Metallis Sol inexistit.

Quae materia quibus etiam instrumentis in Alchymia sit opus.

77 Non aliis opus est quam officinâ fusoriâ, plenis Aere follibus,

Aere follibus, tenaculis sive forcipibus, malleis, lebetibus, testis, et capellis et vaginis in quibus constructis; postmodum impone Saturnum, Jovem, Martem, Solem, Venerem, Mercurium et Lunam, et operare in finem usque Saturni.

Mineralia quaerendi modus.

78. In terra nec non in Lapidibus inveniendi Metalla mineralasque spes est incertissima et labor maximus. Verum quia is primus est metalla acquirendi modus atque via, nullo modo sperni sed summopere laudari debet: Tale desiderium aut appetitus non magis quam iuvenum adolescentumque licitus ad Matrimonium amor, interire debeat.

79. Et ut Apes propter mel et ceram rosas et flores desiderant, sic non aliter homines praeter tamen avaritiam et commodum proprium ad veniendum et terra Lapidibusque metallum anhelare debent: nam qui nimium quaerit minimum reperire solet. Non auro solo Deus homines argentove sed etiam paupere sorditie atque miseria donat. Alios etiam ad Metallorum et Mineralium singularem cognitionem vocavit, quibus faciliorem et breviorem Solis et Luna fabricandi modum absque fossionibus fusionibusque adepti sunt, quam ex vulgari Solis et Luna e primitiis corporibus attrahendi consuetudine.

80. Non solum enim ex subterraneis verum etiam per certas Artes et notitias ex quinque Metallorum genere, media tamen arte, Soliat ex Mercurio Jove Saturno Marte

et Venere

et viridi sive separatim sive commixtis Sol et Luna fabricari possunt; ex uno tamen quam ex alio facilius.

81. Nota. Ex Mercurio Saturno et Iove facile, sed ex Marte et Venere aegrè fieri potest Sol et Luna: possibile tamen est fieri sed cum additione Solis et Lunae. Ex magnesia et Saturno fit Luna: ex Iove et Cinnabari purus Sol oritur.

82. Poterit ingeniosus Artifex (qualem aliquando vidisse memini) diligenti quidem animadversione praeparare sic Metalla ut ratione vera ductus Metallorum transmutationis perfectionem opere suo vel regimine magis promoveat quàm coelestium Signorum duodecim atque Planetarum septem, cursus suos faciunt; quos etiam in his observare superfluum est, velut et aspectus, malas sive bona tempora, diem aut horam, huius vel alterius Planetae statum prosperum aut infelicem, quae nec iuvare possunt in Alchymia naturalis arte, nec etiam nocere: Si verum aliud et possibilem processum habueris, operare illum cum tibi libuerit.

83. Si tamen ex te vel operationibus tuis et intellectu fuerit aliquis defectus, Planetae Sydereaque coelestia tibi deficient in opere.

Nota. 84. Si Metalla diu satis in Terra sepulta manserint, non solum aerugine consumuntur, verum etiam perseverantia transmutantur in Lapides naturales quorum infinitus est numerus: at paucis Arcanum hoc, est cognitum: Reperiuntur enim in Terra, gentilium veteres et lapideae Monetae suis imaginibus impressae quae primitus metallicae fuerunt, sed per transmutationem à Natura factam in Lapides versae.

Nihil aliud est

Alchymia qualis res sit.

85. Nihil aliud est Alchymia quam perceptibilis, industriâ tamen, excogitatus sermo verus; quo genera Metallorum de vno in aliud transmutari docentur: secundum quem vnusquisque sibi meliorem viam et artem pro sua mentis captum (qui enim melius et acutius excogitat, is veritatem citius attingit) eligere potest ac in ea verum inuenire.

86. Sydereum et Lapidum rationem habere maximam oportet; quia sydus, formationis Lapidum omnium est spiritus: Est etiam sydereum omnium coelestium Sol et Luna non nisi lapis vnus in seipso: Terrenusque lapis a coelesti prodit lapide per eundem ignem eosdem carbones cineres expulsiones easdem, et repurgationes; quibus lapis ille coelestis clarus et purus in splendore suo separatus et reductus est.

87. Totus autem globus Terrae nihil aliud est quam abiectum quid, concretum mixtum, corruptum, tritum, et iterum coagulatum et partim in massam vnam sine lapidem opus concretum, quod in medutillio sphaerae firmamenti sedem et quietem habet.

88. Notandum est vlterius lapides illos preciosos qui propriis nominibus deinceps traduntur, a lapidibus coelestibus vel syderis proximum perfectionis, pulchritudinis, claritatis, virtutis, constantiae contra ignem, et incorruptibilitatis habere locum: et cum aliis lapidibus in Terram esse defixos. Quapropter cum coelestibus lapidibus et syderibus maximam habent affinitatem, quod eorum natura sine

ab sisque

ab aliquo desciduntur. In rudi vase primus reperiuntur ab hominibus. vulgus tamen (cui de rebus falsum asserere proprium est) existimat ibidem ~~[illegible]~~ ut inventi sunt, nasci; postmodum expoliri, circumtorneri, vendi, nec non pro maximis haberi divitijs ob eorum colores formositatem, aliasque virtutes, de quibus lapidibus pretiosis inferius brevis narratio sequitur.

89 Smaragdus est viridis transparensque lapis: prodest oculis et memoriae, tuetur castitatem quae si a gestante violetur, et ipse non integer manet.

90. Adamas. Chrystallus niger adamas nomine, vel duax a laetitia quam imprimere perhibetur gestantibus: est obscurae transparentisque nigredinis, ferrei coloris, omnium durissimus: sanguine tamen hirci solvitur: corpus eius Avellanae quantitatem ut plurimum non excedit.

91 Magnes ferreus est lapis et ideo ferrum ad se trahit.

Margarita est unio sive perla, non lapis: quia nascitur in Conchis marinis, albi coloris: Quicquid enim generatur in Animalibus, hominibus, aut piscibus, non est lapis proprie sed vulgi sensus id lapidem indicat, sed proprie est depravata sive transmutata natura ~~et~~ super perfectum opus.

92. ~~[illegible]~~ hiacynthus flavus est lapis et transparens: est et flos eiusdem nominis, qui secundum fabulas Poetarum hominem fuisse fingitur.

93. Sapphyrus lapis est coelestis coloris et pulchri:

coelicaque

coelicaque natura.

94 Rubinus splendet colore valde rubeo.

95. Carbunculus Solaris lapis lucet ex propria natura sicut Sol.

96 Corallus lapis est albus vel rubeus non transparens in Mari nascitur ex natura tempestatis et Aeris in ligni formam aut arbusti: ex Aere durescit in lapidem, et in igne minime consumptibilis est.

97 Calcedonius lapis est variis coloribus mixtus, inter obscuritatem et transparentiam tenens medium: mixtus etiam Nubium fluoribus, coloribusque instar Iridis rubentibus, lapidum pretiosorum infimus.

98 Topasius lapis est noctu lucens: inter saxa reperitur.

99 Amethistus purpurei colorisque sanguinei lapis est.

100 Chrysopassus est lapis in nocte igneus, in die aureus apparens.

101 Chrystallus est lapis albus transparens, glaciei persimilis, ab Aere et frigore ex caeteris saxis rupibusque sublimatus extractus genitusque est.

102 Pro coronidis loco fido et fundamento solido hanc veram conclusionem nota: Si quis ingeniose et cum ratione circa noscenda Metalla quidnam ipsa sint et unde oriantur versari satagis, scias nostra Metalla nihil aliud esse quam vulgarium lapidum partem optimam et spiritum hoc est piceam axungiam pinguedinem oleum et adipem: id autem bonum purum ac syncerum aut perfectum minime est quamdiu in Lapidibus absconditum aut mixtum latet:

oportet ergo

oportet ergo illud in Lapidibus quaeri et inveniri, oportet id in illis cognosci, et illis extrahi hoc est per vim extrahi et liquefieri: Tum enim Lapis non est amplius lapis sed Metallum elaboratum perfectumque, Astris coeli comparabile; quae Astra, ab his terrenis lapidibus quasi separati Lapides sunt.

103 Quisque ergo Mineras ac Metalla scrutatur et investigat illum ratione et ingenio instructum esse tali decet ut non ad vulgaria ac nota Metalla respiciat tantum, quae in sola Montium profunditate inveniuntur, persaepè enim in ipsa Terrae superficie tale reperitur quale est in abditis sive in profundo, imò non rarò melius et copiosius.

104 Itaque quilibet Lapis qui sub aspectum nostrum venit sive magnus sive parvus sit, sive silex aut integrum saxum sit, sedulò inspiciendus et exacta trutina secundum naturam et proprietatem suam expendendus et examinandus est.

105 Multoties enim vilis silex abiectus et contemptus qualibet vacca melior est et praestantior

106 Non perpetuò ad locum effossionis respiciendum est et videndum aut ex qua Sapore Lapis ille eruatur ut inde plures opes habeas, carent enim saepè huiusmodi Lapides Sapore; Coelum enim, ipsorum est Sapor:

Nota. Et offertur passim Terrae pulvis aut arena quae multum Auri Argentique secum habet. quod notabis.

Finis Libri vexationum Paracelsi.

De vitriolo

notatu digna ex Paracelso.

Ex Paracelso, quae sunt de vitriolo notatu digna

experimentum mancum, quod praeparatio succini subticetur.

Super tabellam ex plumbo candido seu bismuto confectam succinum flavum colloca, ac trium spithamarum intervallo ab eodem vitriolum depone: Tunc vitriolum et colorem suum et acrimoniam perdit, et in praeparatione succini tum color tum acrimonia repetitur: et vitriolum ante oculos commune vitriolum apparet. tomo 2°. p. 210. operum impressorum in 4° francofurti MDCIII.

vitriolum triplex ac unum.

De una est quae morbum parit, hoc est una species quae tamen trina est: veluti si morbus ex vitriolo ortus est, tum vitrioli sulphuris mercurii et salis iunguntur, et tamen vitriolum unum est ac vocatur. In pondere tamen non conveniunt, unum magis minusve altero. Principale autem potius est, secundum quod vitriolum denominatur: Sic si salis sit, vitrioli salis morbus esse dicitur: si mercurii, vitrioli mercurii etc. Si sulphuris, vitrioli sulphuris illius esse affirmatur. t. 2. p. 290.

laxativum in vitriolo.

Primo ergo vitriolum, suum ipsius ~~laxt~~ laxativum promit, omnium laxativorum summum, summumque oppilatorium. Nec enim in corpore membrum ullum est seu externum sit seu internum quod ab eo non penetretur et afficiatur: haec eius vis tempore primo inest; alterum tempus vim ipsi indit constrictivam: quanto tempore in initio primi temporis laxavit, tantopere nunc constringit. Et tamen nedum eius arcanum praesto est, nec gemulae ac frondes et flores surgunt: Si in frondes abit, quid in caduco praestantius est? Si in flores procedit, quid usque penetrantius est? Est enim instar odoris promptissime se ~~quoque~~ quocunque diffundentis. Si in fructus suos exit, quid sublimius est ad fovendum calorem? Et huiusmodi plura alia ipsi quoque insunt, quae in finibus illius recensentur. His saltem explicare annisi sumus, quomodo arcana in uno re scindant in partes multas, et quaelibet

item constrictivum.

effectus ex vitriolo mirandi

Ex Paracelso. de Vitriolo.

pars in suum tempus servatur: et quod finis temporum rerum arcanum sit. t. 2. p. 52.

Mea scripta vniuersa euoluite et videte, an mea haec non doctrina palmaria sit, vt bonum a malo subinde separetur?

Separatio impuri est correctio.

Separatio autem haec ~~non~~ an non mea est correctio? Et tam correctum arcanum ego audacter non ministrare aut propinare audeam? cum tamen maligni nihil in eo vel ego vel vos inuenire queamus. Vitriolum mihi obijcitis, in quo secreta multa condita sunt: in quo inquam vtilitatis plus situm est quam in pixidibus vestris officinalibus vniuersis; id venenum esse, asseuerare minime potestis: Si dicturi estis illud esse corrosiuum, addite sodes qua specie, quo modo? et illud

Vitriolum potest redigi in dulcedinem.

redigendum debetis, vt sit: alias corrosiuum non est. Si ad corrosiuum reduci id potest, potest etiam in dulcedinem redigi; vtraque enim vnâ consistunt: Qualis praeparatio talis quoque vitriolum est: Et simplex vnumquoduis quale ex seipso est, ita per artem in multiplicem naturam reduci potest, omni plane modo quo cibus in mensa propositus: illum si homo edit, ex eo caro humana fit, si Canis canina, si felis felina: ita et cum Medico comparatum est; ex ea quod facis aut paras, id fit illa: Si ex bono malum fieri potest, ex malo bonum quoque produci potest: Nec quisquam temere rem aliquam carpere debet, cuius transmutationem non nouit et qui ignarus transmutationis

Venenum in non venenum.

est: Ita si hoc quidem venenum sit, tamen in non venenum facile reduci potest. t. 2. p. 123.

Conseruatio a morbis tartareis.

Si Medicus conseruandum a tartareis morbis praescribere velit, Stomachum primo eo rediget, vt omnia quae in ipsum ~~[illegible]~~ ingrediuntur, consumat; non secus ac ignis consumit ligna: Id fit per Rectificatiuum Confortatiuum et Alteratiuum Stomachi: aliis enim modis fieri non potest: hoc autem vt probe intelligatis conseruationis modos duos vobis proponam. Vnus ipsius ventriculi est, alter est tartari

adimendi

Ex Paracelso de vitriolo.

adimendi extenui ne ea assumatur. Conservatio ipsius ventriculi procuratur per Acetosa esurina: hae dupliсia sunt naturalia, artificialia. Esurinum acetosum est medicina quae sua natura ventriculum adeo famelicum reddit ut cibos etiam insolitos appetat: quod autem appetit id excoquit et digerit. Sed ut acetosum plenius intelligatis scitote Acetosum naturale, acetosum fontale esse Acidulas; Acetosum artificiale esse acetosum vitriolatum: Sic in sola aciditate, potentia dirigendi res quas digerit consistit. Acetosa fontalia sunt naturales Acidulae quarum una alteris subinde praestantiores sunt. Acetosa artificialia sunt ex mineralibus metallorum similibus: Et quamvis quidem dici soleat Acetosum vitriolatum, tamen est Cuprum venereum vitriolatum. Cuprum etenim est vitriolum. Si ergo Aciditas ex Cupro extrahatur, tunc is qui illa utitur Cuprum digerit. Sic sit cum ceteris omnibus vitriolatis Metallorum. Ideo si dicatur Struthionem omnia Metalla edere, ita intelligendum est: Nam in omnibus sunt Acetosa vitriolata: Solum Aurum vitriolum non agnoscit. huiusmodi Acetositatem esurinam Struthio in sua natura ac proprietate conditam habet, unde talia etiam digerit: homo autem illam in se non habet, in ipsum tamen illa induci et ingeri potest ut similiter digerat id, quod per proprietatem tamen innatam digerere numquam posset. Ideo porro scire vos velim Thermas acetosas, huiusmodi vitriolatas naturas habere, specie tamen multiplici: quot enim species colorum tot etiam aciditatis, nec una tantum species est. Unum tamen Acetosum fontale quod prae omnibus quae in Europa cognovi praedico et extollo inveni in Engendin apud Sanctum Mauritium cuius scaturigo mense Augusto acetosissima profluit: hanc qui pro Medicina modo potat, is perfectam sanitatem adipiscitur, et nec lapidem ullum aut arenam, nec podagram nec arthriticam novit aut incurrit unquam: per ipsam siquidem stomachus adeo corroboratur ut tartarum digerat nihilo

Acetosa esurina

Acetosum duplex.

Cuprum venereum vitriolatum.

Acetosa in omnibus excepto auro.

Thermae acetosae.

Acidulae sancti mauritii praestantissimae.

Ex Paracelso. de vitriolo.

ignauius ac Struthio ferrum, Merula araneam: Ne vero Tartarum solum, verum et alia in homine morbos substantia, quorū materia primo in cibo et potu sita est: prima hæ materia uniuersa qualesqualeis sunt consu=muntur: Et quemadmodū ligna promiscue oia, curua recta æqualia nodosa in fornace ardent, sic idē quoque in illis ventriculis contingit.

duo genera acetositatis fontalis.

Genera autē Acetositatis fontalis duplicia sunt: unum in Acetositate sua percipitur: Alterum in illa non percipitur: et tamen unica est propri=etas; de hoc notato, quod non minus digerat ac ipsum acetosum. Nam ab exemplo documentū sumito, Ignis non semper ab igne ~~accenditur~~, ~~sed~~ sicut ignis e silice excussus: sed ardet interdū ignis a nullo igne causatus velut fit a Sole, a fricationibus etc. et tamen hic non minus ignis est quam a silice excussus:

eadē operatio utriusque acetositatis fontalis.

Eadem hic quoque ratio, Nam si illud in stomachum venerit, eandem operaoe edit quam Acetosa perficiunt. Porro Acetosa illa occulta, sunt fontes natura ac dotibus mirabilibus in=signiti, a ceteris aquis modis multis distincti:

locus acetositatum nāalium.

Et plerumque existunt in iugis Montium editissimis, in saxis ~~an~~ ac Rupibus, in cacuminibus niuosis, longe supra terras, bolum ac lutum, in solis arenis, saxis, et lapidibus. tomo 2. pag. 235. 236. et 237.

Jam vero Acetositates variæ sunt: sunt in Metallis, in gemmis, in marchasitis, in cachimijs, in chimolea etc. unumquodlibet autem genus suam artem, suū extrahendi modum habet. quæ oia ne a verbo ad verbū explicentur, præter tractatus huius institutum est.

Cupri resolutio sine corrosiuo.

hoc hic attendite, si Cuprum sine corrosiuo frangitur et resoluitur , vitriolum habetis: Ex isto præparate Quintum esse, oleum et ipsius liquorem:

Acetosū veneris.

Ita quoque Acetosū veneris perfectum est, adeoque Arcanum in istis rebus de quibus dixi. Venus autem et Saturnus in acetosis virtutibus

supremi

supremi sunt: postea chalybs: tandem stannum. Mercurius in adepta philosophia inter metalla non numeratur. Porro cum caeteris mineralibus, Marchasitis, Cachimyis, Montania, Chimoleis ita comparatum est, ut opus sit, ipsis primo sulphur adimi, ac liquorem mercurialem solumque salem retineri: In isto enim sale

Acetosũ artis in sale-minerali consistit.

existit acetosum artis, et extrahitur ac praeparatur in oleum liquoremque acetosum. hi ita processus sunt et Arcana quibus utentes a morbis tartareis praeservantur, si uniuscuiusque dosim et quantitatem quam Medico pro conditione personae determinandam relinquo, observent et adhibeant. tomo 2. p. 238.

Billae arcanũ pro cerebro.

Billam distilla in vino vitae aequalis ponderis: tandiu circula donec fundum non attingat. id porrige cum vino falerno. Roborat cerebrum tam potenter, ut vertigo nulla, nulla phrenesis ac mania offendere possit. tomo 3. pag. 6.

Vitriolum tenerum est ac molle quandiu cum viriditate sua subsistit: Si vero adeo excoquatur donec humiditatem suã perdat in durũ lapidem mutatur adeo ut ex ipso ignis elici

vitriolũ in lapidem.

queat: Quamprimum enim aquositas sive vanescit, sal praedominatur sulphuri in vitriolo, et vitriolum demum rubescit. t. 3. p. 46.

Vitriolum cuprinum est quando vitriolum cũ cupro coquitur. t. 3. p. 253.

oleũ vitrioli cõpositum.

Descriptio olei vitrioli contra morbum caducum. ℞ vitrioli Romani vel Ungarici librae 15: liquoris Peoniae, Camphorae, Rasurae Eboris, Spodij, ana ℥ ß. Distilla per retortam aut per descensum usque in colchotar. Postea ℞ huius liquoris librae 3, Alchool vini correcti, aquarũ Melissae, valerianae, ana libras ß. Colchotaris libras i. redue per retortam: Cum ℞ huius liquoris librã i Colchotaris relictis librae 2. Distilla per phiolam per diem et noctem, et exibit phlegma, liquor, et oleum: Post distilletur per balneum Mariae et secedet phlegma.

B. S.^tae^ G.

Ex Paracelso. de vitriolo.


deinde distillatur per phiolã, et secedit liquor: Tandem
oleū — distillatur per arenã et oleũ effluit. Phlegma adhibendum
est infantibus: dosis eius est ℥ i ante paroxismū. his
qui intra annũ 20 et 40 versantur, liquoris ℈ i præberi
solet. Qui annos 40 excesserunt his oleũ datur granorũ
trium pondere. Et dari possunt ista cum aquis Chelidoniæ
valeriana. tomo 3. p. 257.

vitriolū alterο præstantius. — Unum vitriolũ subinde altero præstantius est. hoc autem
simplex^esse^ vitriolum vel hungaricum vel Cypriū vel Romanū
ut quod peculiariter gradatū et depuratum sit. Ne interim
absurdum tibi et impostoriū videatur quod vitriolo virtutes
tantas assignemus: In eo enim vis quædã peculiaris
vis aurea in vitriolo. — aurea secreta ac condita latet, non corporalis sed spiritualis,
quæ eximia et admiranda virtus in ipso multo potior et
certior quam in auro inest: prout in de generatione
salium terræ demonstravimus. Aureus iste spiritus
aureus spiritus. — vitrioli subtiliatur et ab impuro segregatur ut sola essen=
tia remaneat, quæ auro potabili assimilatur. Præparatio
eius talis est. ℞. vitrioli optimi quantumvis ad
minimum libras 5, inde ipsũ in bocias terreã quæ omnes
ignes ferat, cuius ea magnitudo sit ut a vitriolo vix
tertia pars impleatur: vas dictũ in optime constructũ
Athanar, probeque lutatũ impone, cui Alembicū magnū
obde, luto sapientiæ accurate oblitũ: Alembico recipientem
magnũ suppone, et luto rimas seu commissuras ex=
ignis lent⁹. — quisitissime obtura, postea exsiccentur luta. Porro ignem
succende, primum lente ac sensim pro Artistarū more,
ut et spiritibus et stillis signa debita observentur: aquo=
sitate universa destillata, per ignem auctiorem et violentiorem
ignis auctior — spiritus ipsis elice quandiu prodeunt, idq; continenter
sine intermissione diebus ~~ptēr~~ plerunque duobus ac
noctibus totidem durat. Et si vero ~~huius doctrinæ~~ præ=
parationis huius multa doctrina communicari queant

hæc

Ex Paracelso. de vitriolo.

hac tamen dicta Industria sufficere arbitramur: Inep-
tia enim, ut hac ignorare conducibilius est. Verae autem
in Athanar omnem virtutem quicquid eius in vitriolo est
prolici, ubi multa simul mutatione colorisque et spiritus
fiunt, prout vitrioli natura ac ratio est. Interdum
cuprũ ex vitriolo. Cuprũ in vesica colliquescit in massã unã, quod a solo
vitriolo fit: idem fit interdũ cum auro multo: aliquando
vitriolũ integrũ transit: nonnunquam exuritur in rubedi-
nem aut carbonem atrum. Distillatione debito modo facta
accipe fiolam vitream et in hanc infunde distillatã istã vitri-
oli aquam, et caput mortuũ tere subtiliter et aquã eiã
injice: distilla adhuc semel ut omne vitrum colliquescat: tunc
ex hac distillatione accipiet verã ac rectam aptitudinem suam
essentia et vim virtutis ac penetrationis: hoc facto
oleum vitrioli seu Arcanum. separatio fiat in balneo Mariae, quo phlegma recedet,
oleo in fundo relicto. Hoc oleũ vocatur et Arcanum
vitrioli. hic tamen notabis nos phlegmati ita separato
multas virtutes tribuere, et oleo ipsi modo non aequiparare,
nec enim viribus paucis pollet. Cumque nos mixtorũ
utrorumque modũ ac usum didicissemus, utraque pro arcano
nobis fuerunt haud inefficaciter. Dosis ℈ j in bono
vino aut aqua indita cum mane tum noctu post paro-
xismorũ finem. Hoc oleũ unicum satis est ad Caducũ
curatio Caduci. omnem curandum, quo una eiã caetera determinamus.
Quam praestantem enim eius operationem expertis simus di-
cere hic nihil attinet. Interim Arcani huius vitrioli prae-
parandi modi ac industriae aliae plures quoque sunt nempe
per retortã ad aliquot septimanas per vesicas destinare,
per pellicanos, per putrefactiones multas, per imbibi-
tiones multas, per multas calcinationes reverberationes,
et similes: quos modos omnes quidem laudamus et
probamus, non tamen omnes describi necessariũ putamus.
Cuivis et legitimo Medico de illis iam ante constat. Itaq;


BIBLIOTHÈQUE SAINTE GENEVIÈVE

Ex Paracelso. de vitriolo.

his modis missis iam ad Receptorum scilicet secundum quatuor articulos constitutam digrediamur. Tertium autem hoc vitrioli Arcanum primum pro corpore sumendum esse: In hoc imponi tale Receptum debet.

Receptum pro Arcano meliorando.

R. Camphorae, Spodij, rasurae Cranij, unicornu,
Santalorum rubeorum, alborum, citrinorum, ana ℥ i.
Corallorum, visci quercini, granorum Poeoniae,
Radicis Poeoniae ana ℥ 2.

Contundenda haec omnia et subtilissime pulverisanda, ac tandem Arcani vitrioli libra i imponenda est. Stetque in digestione per mensem. Postea utere ut praescriptum est. Quia vero diximus hoc vitrioli Arcanum satis esse ad quemvis Caducum sanandum, ideo necessarium minime videtur re in id Recepta et composita, aut simplicia alia congerantur.

ratio huius Recepti.

Sed compositionis huius haec causa est quod scilicet vitriolum interdum inaequale sit vel non recte semper praeparatum, vel vitio alio infectum, ex quo impedimentum aliquod emergere potest, quo virtutis ignavioris existit quam si recte praeparatum sit: hoc ergo impedimentum addita Recepta corrigunt et auferunt: Interdum etiam Artista in laborando errat, quod ipsum quoque virtutem separatam Arcani inhibet. tomo 4o. p. 47. 48. 49.

oleum vitrioli per se.

Oleum vitrioli sine additione, per se et in succo proprio qui vitriolo inest, Medicina eximia est, quanquam autem vitriolum omne ad hoc idoneum non sit, tamen eligi potest quod sit optimum et in gradu summum: Ex hoc phlegma seu oleitatem extrahe: postea a fecibus rectifica usque ad spiritum. De hoc medicamine praebe guttas 3 aquis aliis permixtas. Addere potes etiam aliquid de aqua vitae circulata, et penetrantior Medicina nulla fiet quae expeditius et incitatius sua materia per universas corporis partes divagetur. t. 4. pag. 76.

In vitriolo.



Ex Paracelso. de vitriolo.

In vitriolo est Arcanum de Caduco quidem, sed apud paucos proficit: Error autem ex eo est quod Imperiti durare meliorare student, easdemque plerumque peiores faciant, immemores se stultos esse: hoc modo ipsum quoque vitriolum corrumpunt et Arcanum eius profundunt, eoque redigentes ut oleum vitrioli usurpetur, cum tamen in oleo Arcanum istud quo in Caduco opus est, non insit: Interim quod Stentorum istorum proprium est, clamore suo efficiunt, ut oleum praeferatur et extollatur quod tamen ad Caducum minime utile est: velim me recte intelligi. hoc autem verum est quod volatilitas vitrioli Caducum etiam in adultis curet, non oleum. Quod ipsi effundunt id non noverunt: sic arti imponunt et fraudem suam produnt: quin et in oleo ipso, sine volatilitate operatio nulla unquam observata est: Interim ad mendacia illi non despiciunt. De vitriolo autem quod indicandum censeo, hoc est ut volatile eius ad summum intendatis et concludatis, et vice tertia depuretis magno igne semel auctо et degradato subinde: ita oleum in volatilitatem reducetur: hoc nimirum est id volatile quod perire non sinetis: In hoc virtus est sanandi Caducum: administratur secundum astra et eorum exaltationes. Nihil desperа, insta et urge: sola enim volatilia Astris imperant. Oleum autem mittite, nisi volatile sit, aut volatile secum habeat: potentius autem et utilius secundum vires suas fit, si pellicandus aut retorquetur ad suum medicum. to. 4. p. 270.

volatilitas vitrioli Caducum curat.

oleum volatile vitrioli

manna vitrioli

Manna vitrioli ita fit: Abstrahatur a vitriolo phlegma suum tandiu donec fiat ut mel dulce, et ad purpureum colorem inclinet: Dosis eius est gutta una, in aqua veronicae quotidie. per hanc Mannam corpus conservari necesse est ne putrescat, easque resistit putrefactionibus metallicis. tomo 5°. pag. 15.

humidus aer

Fit ex vitriolo humidus aer qui est subtilissima essentia vitrioli, habetque proprietatem talis in cerebro, pulmone,

Ex Paracelso de vitriolo.

virtutes vitrioli.

et ventriculo: praeter haec autem, occulta arcana et insunt contra multa Apostemata et magnos morbos utpote Icterum, fellis exundationem, prostratū appetitum, nimiam pinguedinem: Similiter e stomacho in epar penetrat, et expellit arenam et similes affectus si quis perpetuo in illo aere habitet: quin et purgat per superiora et inferiora etiam pulmones, pleuritin praecavet, itē epilepsiam, convulsiones, contracturam, spasmum &c. t. 4. p. 27.

venenum in vitriolo.

Qualibet minera nondum depurata sed adhuc in sua permixtione posita, venenum in se continet, ut vitriolum in sua minera facit scabiosos et pruriententes, et elicit fluxiones esthiomenas e corpore. Sal in sua permixtione parit scabiem subtilem, impetiginem, dentes malos. Alumen vero in sua terra adhuc haerens, oīa ea parit quae Alumen plumosum: Intra corpus autē tria illa salia nihil mali operantur: tum et Morbi quos externus faciunt non descendunt altius in corpus, ita ut interius nulla ingeratur malitia ab ipsis sicut externus: quamprimum autem praeparata sunt nihil mali dant. hic vero etiā sciendum multa esse genera salium, ut salpetrae &c. multa etiā genera vitrioli, similiter et

multa sunt genera vitrioli

Aluminis: Nihilominus tamen unus idemq̄ est singulorū generum intellectus, nec in alio differunt nisi in gradu suae naturae quae in una specie est fortior quam in altera. t. 4. pag. 28.

de Cupro balsamū.

Pariter In Cupro balsamum existit, quum in vitriolū rursus convertitur, et hoc in aquam, eiusq̄ postea colcothar in rubeū oleum: quae quidem ambo valent ad omnia vulneraria ulcera, sicut cancer, lupus, fistula vel similia corrodentia quaeque foramina faciunt. in Chirurgia minori, pag. 57.

Ad extractionem spiritus vitrioli qui est oīum excellentissimus et potentissimus, licet a ab aliquibus phlegma nuncupatur,

hoc

Ex Paracelso. de vitriolo.

Spus vitrioli. Hoc modo procedendum est: Igni violentissimo ut non in secta Cucurbita usque ad nonum Alembicum, per Reverberatorium in Athanar locatum ad quartum diem naturalem urgeatur, et Spiritus hic præparatus est in chirurgia Minori pag. 324.

Ex vitrioli minera extrahitur Spiritus per ~~calcinationem~~ Colcothar, quod ineptum et nullius artis est: Quod enim

phlegma id est Spiritus in vitriolo. ipsi phlegma vocant, id Spiritus est omnium nobilissimus cui virtutes omnes assignandæ sunt. (Etsi vero oleum de Colcothar plurima quidem virtutis sit in arena et lithiasi valeat et in alopecia, nullius tamen momenti est in epilepsia hydrope, podagra &c quibus tamen adhiberi solet. Hippocrates quidem cui cæteri plerique astipulantur, certas ætates

hippocrates ignoravit spum vitrioli et signa tradit secundum quæ Epilepsia valeat et podagra incurabiles censeri debent, qui tamen quoniam de Spiritu vitrioli experientiam nihil habuerunt, demo ipsorum iure vulturno committendus est. Principio extractio

Extractio Spiritus vitrioli. vitrioli fieri debet per potentem ignem in secta Cucurbita ita ut in nonum Alembicum impellatur, et exquisitissime per reverberium diebus et noctibus quatuor agatur: Sic Spiritum vitrioli præparatum habebis. Postea Colcothar per iacentem in Athanari phiolam ad triduum summo igne lignis et carbonibus distillandum est tandiu donec in re-

oleum colcotharis cipiente ~~oleum~~ ex Colcotharis libra una, ℥ vi appareant, quod coccineo colore tinctum sit. Hoc præstito, ex capite

Sal alcali ex colcothare. mortuo extrahendum est alcali quod quater vel quinquies resolutum denique coagulatur. Sic tria quæ vitriolo insunt, extracta et separata sunt. In epileptico

in epileptico morbo. morbo hoc modo procedendum est ut semper a paroxismo ∃ i ægro spiritus administretur. De oleo ex Colcotharo mane et vespere propinatur, dosis gr. 2. ex aqua pæonia: et ordo iste servandus usque ad paroxismum is est: quod

Ex Paracelso. de vitriolo.

Si paroxismi adeo praecipites non sint, dimidia dosi dierum 30 insumendi sunt spūs. In podagra. In Podagra, praedicta dosis 30 dierum spatio assumi debet, postea loca dolentia spiritu illo vitrioli usque ad finem podagrae inungenda est: Si podagra inveterata est spiritui illi vitrioli liquor de Mumia parte quarta addatur, et pro membris podagricis inungendis adhibeatur. In hydropisi. In hydropisi Spiritus vitrioli scrupulus semis ex liquore de Serapino propinari debet, dosi illa ter quaterve plus minusve pro ratione morbi iterata: Si Serapini liquor fore desit, loco eius liquor Tartari crudi substituendus est. In pustulis. In pustulis vero ordo et modus teneatur ut omnes sedes et loca cutis affecta spiritu vitrioli usque ad diem nonum illinantur: Si vero cutis ulceribus squalet, oleum de Colcothari cum suo alcali permixtū imponi debet secundum methodum chirurgicā, vinculis tamen ante diem sextum non religatis. Regiminis et diaetae ratio conditioni personae accommodari debet: Cura namque hominis omnis non in victu sed medicina posita est: sedulo ergo medicina administretur, hoc enim modo praenominati quatuor morbi funditus et radicitus excinduntur ac curantur. In tractatu de praeparationibus. tomo 6º p. 197.

Cinnabaris mineralis operatio. Recipe Minerale Cinnabaris et id hoc modo para: coque illud ex aqua pluvia in vase lapideo horis tribus, postea sedulo depura, et solve in aqua regia quae composita sit ex parte una vitrioli, salis nitri, et armoniaci (alias vitrioli, salis petrae, aluminis, et salis) distilla per Alembicum: iterumque affunde, et cura ut purū ab impuro separetur hoc modo: In fimo equino putrescat per

mensem

Ex Paracelso. de vitriolo.

mensem: Postea elementa hoc modo separa, si signū
suum promis incipe distillationem per Alembicum addito
ascensio aquae et aeris. item et ignis. primo gradu ignis, sic ascendit aqua et aer, Ignis
et terra in fundo residebunt: postea iterum conjunge
illa, et in cinere sensim urge, sic iterum primo ascendit
aqua et aer, et postea elementum ignis quod a peritis
Artistis cognoscitur, terra in fundo vasis erit quam
ibi quaeras, a multis quidem quaesitam sed a paucis
inventam. Terram hanc mortuam in Reverberio ar=
tificiose praeparabis et postea primum gradum ignis addes
diebus et noctibus quinque, quibus exactis gradū alterū
quoque totidem diebus et noctibus addes, et cum illa inclusa
sal volatile ex terra mortua. ita ex arte procedes, tandem invenies sal volatile instar
tenuis alcali, constans scilicet astrum ignis et terrae,
hoc cum prius asservatis elementis aqua et aere com=
misce, ac iterum per dies et noctes octo pone in cineres
et reperies quod a multis Artistis neglectum fuit: Id
pro experientia tua secundum artem spagyricā separa, et
terra alba reiicienda. invenies terram alba, cui tinctura sua extracta sit: Sic
ergo elementum ignis et salis terrae alcolatio compono
et digestionem in vesicam pellicanicam: Ita alia ad=
huc terra deponitur quā iterū separa. Postea sume
Leo pellicanatus. pellicanatum Leonem, qui primo quoque reperitur ut
tincturā sive videas, elementū scilicet ignis stans super
aqua, et aere, et terra; separa per tritorium ab infimo.
aurū potabile. Ita vero habebis aurū potabile, id dulcora cū alcool
vini affuso, et toties per Alembicū distillato donec nullā
acrimonia remo=uenda. acrimoniam ab aqua regis superstite videris: hoc oleū
solis inde in suum Retortorium sigillo hermetis exquisite
occlusum: Pone ad elevandum ita ut exaltetur et dupli=
elevatio olei solis. cetur in suo gradu: postea vitrum ita clausum pone

Ex Paracelso. de vitriolo.

in locum frigidum, sic non solvetur sed coagulabitur: iterum impono ad elevandum et coagulandum et hoc vice tertia ita: sic tinctura solis in suo gradu perfecta erit, reserva suo loco. Ulterius sume veneris vitriolum more spagyrico ad summum praeparatum et adde prius asservato elemento aquae et aeris: resolve et ut diximus per mensem putrificando insta: putrefactione finita signum elementorum spectabis: separa, et duos colores praesto videbis, album et rubrum: rubrum albo supereminet. Rubea tinctura vitrioli adeo fortis est ut corpora alba omnia tingendo rubifaciat, aut rubra corpora omnia albifaciat, quod mirum est. Tincturam hanc per retortam urge, et videbis exire nigredinem, hanc iterum age per retortam iterando toties donec exeat albescens, pergere nec desperes desperes. Rectifica donec verum clarum viridem leonem reperias quem spectabis ponderis grandem et ingentem: ea tinctura est aurum perspectabile. Huius leonis viridis signa admiranda videbis; qui nullo thesauro leonis, Romanis redimi potest. Beati illi qui ipsum reperire ac ad tincturam usurpare norint: hic est verus et genuinus balsamus coelestis astrorum corpora nulla putrescere sinens, nec radices agere permittens lepram podagram hydropem: datur unius grani pondere si cum sulphure auri fermentetur. In tractatu qui Thesaurus Alchimistarum appellatur. tom. 6. p. 294.

Generale Natura salem vitriolum dictum: hoc genus peculiare est a ceteris salibus separatum: diversas etiam a ceteris sale virtutes possidens. Virtutes sunt tot et tam insignes sunt ut omni iure hoc in libro describenda

Marginal notes:
veneris vitriolum.
tinctura rubea vitrioli.
leo viridis
balsamus astrorum.
Sal, vitriolum

Ex Paracelso. de vitriolo.

describenda sunt. In vitriolo enim latet perfecta
sanatio Icteritiae, arenularum, calculi, omnium febrium,
vermium, caduci, &c. Et in constipationibus corporis
deoppilatiuum et deoppilatiuum insigne, ut virtutes alias taceam dein=
ceps hoc capite enumerandas. Descriptio eius dirigen=
da etiam est ad Medicinam et Alchimiam: In Medicina
enim est remedium praestans: In Alchimia ad multa
alia prodest. Ars autem Medicinae et Alchymiae in
praeparatione consistit vitrioli: Crudum enim tale non
Crudum vitriolum. est, simile est ligno ex quo omnia sculpi possunt. Prodest
ad Medicinam corporis: Prodest in Chirurgia seu morbis
externis velut Psora, Serpigine, Lepra hereditaria, et
aliis ubi caetera remedia nihil operantur et ad morbos
quasi mortua sunt, huiusmodi mala vitriolum vi
aggreditur et ex fundamento curat. Vitrioli ergo prae=
virtutes variae in vitriolo secundum eius praeparationem. paratio recta Medico comprimis noscenda est, virtutes
enim alias habet crudum, alias in aqua solutum, alias
calcinatum, alias in oleum viride, aut rubrum, aut album
clarum mutatum; Eius conditio haec est ut quoties in
aliam formam et essentiam reducitur, toties peculiare
arcanum fiat. — Vitrioli species multae sunt,
probatio boni vitrioli. variant enim secundum numerum fodinarum. Probatio
eius est ut cuprosum sit in ferro, sed haec non vera; ge=
nuina probatio est ut crudum usurpetur contra vermes
eo modo quem iam explicabimus. prout vermes expellit
ita in Medicina praestans est. In Alchymia probatio
altera per cuprositatem magis valet, sed haec probatio est,
ferri mutatio in cuprum. quando vitriolum ferrum mutat in Cuprum idque alteriter
summeque gradatum et sub malleo molle, id in Mediana
ac Alchymia melius est, ferri enim et vitrioli haec
coniunctio est ut vitriolum ex ferro cuprum faciat bonum

Ex Paracelso. de vitriolo.

et præstans. Ex optimo vitriolo optimum Cuprum fit.
At nemo admiretur ex ferro fieri cuprum per vitriolum,
nam et hoc in Natura verum est, ut boracis aqua ex
aqua boracis mutat ħ in ☿. plumbo argentum vivum faciat: Sed et hoc usus dictat
quod Alchimia, cætera metalla transmutet in alia non
secus ac vitriolum mutat ferrum in Cuprum: nec enim
vitriolum tantum unius metalli in alterum transmutator
est, sed et alia: Quod vero non omnia sciamus, in causa
sunt Sophistæ qui artes culinis et loculis impendunt.
fluvius vitriolatus hungariæ. In hungaria fluvius est ex vitriolo natus seu per se
vitriolo constans, in suos lapillos minime coagulato, quod=
cunque ferrum debito tempore illi imponitur, illud in rubi=
ginem vertit, illa si per fornacem fusoriam mittatur
illico fit cuprum purum, constansque nec ad naturam
suam convertibile. Jam vero vitriolorum Mineræ per
Germaniam infinitæ inveniuntur quæ seorsim omnes
describi minime possunt. Prædictæ tamen probationes
tam in Medicina quam in Alchymia adhibendæ sunt.
Prætera probatio etiam (minime tamen in Medicina
utilis sed in Alchymia) hæc est. Si Colcothar de vitriolo
Colcothar per se in igne dans vitriolū. ex seipso per ignem Cuprum deponit seu profert, Tale Cuprū
si obtingit tunc vitriolum in Medicina ignavius est, in
Alchymia autem fortius est; sunt etiam expendendi colores,
vitriolum coeruleum. quod undiquaque coeruleum est nullo alio colore perfusum
id tam præstans in Medicina non est, ac est id quod
rubris et flavis lineis distinctum aut obductum est: Quod
in aere vergit ad albedinem efficax est ac idoneum ad viride
et album oleum vitrioli: Quod vergit ad rubeum et flavedinē
id præstantius est ad oleum rubrum: Nihil ergo amplius
quam quod per probationes suggeritur, de speciebus vitrioli
dicendum est, illa utatur quilibet Medicus et Alchymista
ad id quod intendit. Probatio vero nec ista fallax est, si

gallis

gallae seu poma quercuum additum, bonum attramentum dat: et hoc omnibus usui est: quod autem attramentum aquosum dat, multis additamentis eget, adeo bonum non est.

In explicandis vitrioli virtutibus, initio dicam de viribus vitrioli
vitriolū crudū purgat crudi et eius Colcotharis: Dicendum ergo vitriolum insignem esse purgationem in gravibus et difficilibus morbis stomachicis. Fit enim interdum ut a cibis potibusque stomachus infirmetur et in diuturnum morbum incidat qui usq; ad mortem durat, et hoc a pravis cibis saepe fit, ut post longos morbos aegri interdum aut contracti fiant aut moriantur: Per vitam militarem et immoderationem frequenter etiam accidit ut prunella, febres, dysenteria, et alia oriantur: In his morbis omnibus
vitriolū allegoriae appellatur Bryllus. summum est praestantissimumque remedium, purgatio per vitriolum quod recte et allegorice vocitarunt Bryllum: dosis eius est quantum scriae cuspide cultri capere potest; id si non operatur, eandem dosim itera; si nec dum, tertio quoque
dosis vitrioli in purgatione. dosim repete; ita sufficiet: infirmo praebeatur in vino aut aqua; sed robusto, et durioris alui homini detur in vino sublimato: Ita datum radicitus expurgat per superiora et inferiora. Insigniter quidem purgant etiam helleborus, Cataputia, Esula, Colocynthis etc, non tamen aequis cū vitriolo
Cur vitriolū purget. viribus. Causa rei haec est, inest ei acrositas quae coniuncta habet acuitatem et acrimoniam ac detersionem, a qua salsa acrositate operatio plenam et perfectam vim sortitur, quam nec helleborus nec Colocynthis etc habet: Purgationis enim natura seu ratio duplex hic est, una purgat per se, altera purgat ex salsitate; praesto ergo hic gemina virtutes sunt, cum in helleboro sit tantum unica: Et
cur vermes moriantur in salsitate latet forma specifica, ac natura talis ut ob eam vermes quicunque attinguntur, moriantur: Et vis ea singularis est quae vermes aggreditur, quod praedictorū nullum facit: Itaque cuilibet per se evidens est quod purgatio quae acrositatem in se et saledinem una cum

Ex Paracelso de vitriolo

vitriolū detergit

virtute laxativa habet, exquisite detergat, evacuet, et expurget modo et ratione duplici: ideoque ad morbos corporis internos duplo nobilior et praestantior est caeteris purgationibus omnibus: Quoniam ergo naturā vitrioli ad longum vobis declaravi opus non est ut ipsos etiā internos morbos ad quos vitriolū confert, explicem: In genere tamen purgatio huiusmodi in omnibus ventriculi vitijs, item in Caduco, et verminatione utilissima et tutissima est, si pro conditione temporis, morbi, et persona usurpetur. De Colcothare vero sciendū est, intro ipsū non sumendum esse, sed morbis saltem Chirurgicis applicandum nempe in ulceribus putridis quae sanationem non admittunt: his enim ad sanationem viam sternit.

Colcothar intro non est sumendum.

Morbi tamen chirurgicales multiplices sunt, graves, maligni, peiores, pessimi. Contra peiores et pessimos Colcothar non facit, sed tantū contra eos qui in primo gradu consistunt: his ergo adhibendum est. Ad peiores et pessimos usurpandum est oleum, secundum gradum mali et olei. Huiusmodi ulcera oia quotquot eorum sunt per vitriolū curantur. Secundum gradū autem usus eius est ut in bonum Colcothar reducatur, quod cum aceto aliquoties extinguatur, et aridum inspergatur seu permisceatur emplastro alicui, quod ad malū medico idoneū esse videbitur. Ita facit escharam, qua per pinguedinem liberata, facilis et bona curatio sequitur: quod vero ea curationem hanc effugit, de eo sic iudicabis, plus veneni adhuc ibi latere, quod oleis deinceps applicatis exquirendum sit, cum basis ulceris per Colcothar sufficienter emendari non possit ad sanationem integram. Quod si vitriolū crudum in aceto resolvatur et cum Colcothare inspissetur in pulverem, et ita applicetur, cito fundum ulceris detergit, multo potentius quā de Colcotharo dictum est. Ipsum autem

morbi chirurgicales sunt multiplices.

bonū colcothar.

praeparatio vitrioli ad ulcera.

Ex Paracelso. de vitriolo

autem in Colcothar reducendi processus iste optimus est
ut extrahatur ipsius aqua, et ea imbibatur caput mortuū
donec absumatur: postea sensim in aere siccetur: hoc si
usurpetur, melius fundamentum ulceribus inducit.

Spirit. vitrioli inventio.

Recurremus ad principium, quomodo Spiritus vitrioli
inventus fuerit, Spiritum vitrioli humidū initio per se
a Colcothare distillarunt, deinde gradus eius intenderunt,
per se distillando et circulando ad summum sicut process⁹
docet. hoc modo cepit aqua usurpari ad varios morbos
tam internos quam externos, velut etiam ad Caducum:
Ita sanatio miraculosa praestita est. Sed in extractione
multo diligentiores fuerunt: sumpserunt enim Spiritū
vitrioli, ut supra correctum et illud de Colcothare distillarunt
octies vel decies igne fortissimo, ita Spiritus sicci humidis
permiscebantur: opus urserunt tandiu donec Spiritus

Spiritus sicci et humidi ex vitriolo.

sicci exirent, continenter et iugiter extrahendo. Postea utrūq;
spiritum tam humidum quam siccum, in violam conceptū
una ad suum terminum gradarunt. hanc Medicinam
adversus morbos multo maioris operationis esse deprehen=
derunt, tantumque ea medela impetrarunt ut humoristas
in universum omnes confunderent: Addita tamen et est non=
nulla correctio ab Artistis per vinum sublimatū, melioris
penetrationis ergo. Sed ea maioris gradus reddita nō est.

Sed communicabo vobis processum meum quem universis
Medicis commendo, comprimis ob Caducum, qui solam in vi=
triolo curam habet: qua causa et nos eo diligentiorem in morbo
curam instituere charitas proximi requirit. Processus

Paracelsi bonus processus, pro vitriolo, ad morbum Caducum.

autem meus est ut Spiritus vini a vitriolo imbibatur, et
postea distilletur, ut dixi, a siccis et humidis Spiritibus:
hoc facto comperi additionem sequentem valde utilem esse
si Spiritus tartari correcti admisceatur ad vitrioli partem
tertiam, addaturque Spiritus aquae theriacalis camphorata

Ex Paracelso. de vitriolo.

parte quinta respectu spirituum vitriolatorum: Ita ægris administretur ante paroxismi insultum, aut aliquoties in die: hæc Medicina insignem adversus morbum hunc

Efficacia in Caduco.

Caducum efficaciam præstat, ut meliorem ab ipsa Natura optare non liceat: Primus itaque processus a veteribus inventus retinendus est cum dicta correctione, ita enim natura cor et virtus omnia attingitur. — Vitriolata illa extractio et arcanum non solum in Caduco sed etiam similiter in speciebus ei similibus ut in Syncope in extasi etc. præstans est: eodem etiam modo in omnibus oppilationibus et internis apostematibus etc. in suffocatione itidem et præcipitatione matricis.

Oleum vitrioli rubentum.

Porro autem iam discendum est quomodo ex Colcothare per Retortiam distillationem modo alchymistico a vitriolo oleum paritur rubentum et acetosissimum: hoc oleum Laboratores ipso spiritu in morbis prædictis efficacius indicarunt, sed falso: Processus præparandi vulgatus est, nec hic describendus. Momentum enim omne in opera manuali situm est, et in diligenti inspectione, denique in idoneis instrumentis. Cæterum de virtutibus sciendum est primo rem eam acetosam esse, omnem acetositatem ita superantem ut nulla acetosior sit: Deinde naturam etiam

Corrosiva non per se accipienda sunt sed in idonea mixtura.

corrosivam ~~[illegible]~~ continet, qua de causa opus est ut provide et caute usurpetur, nimirum non per se sed in bona concordantia et idonea mixtura, respiciente id ~~quod~~ contra quod adhibetur: Exemplo rem docebimus, Tyrus est serpens

Tyrus venenosissimus.

venenosissimus, solus ergo nullum usum præstat, sed in compositione usus præstantissimi est, ut ex quo paratur theriaca: Idem de hoc quoque oleo vitrioli dicendum est, quod solitarium sumendum non est, sed in compositione concinna, veluti de theriaca iam diximus. Propter acetositatem quidem prodest in stomacho a cholera et apostemate libero, si vero cholera aut apostema adsit, per experientiam

ipsam

Ex Paracelso de vitriolo.

ipsam constat illud nihil boni operari: aposterna enim ab illo exasperatur et acerbositate sua irritatur: si cho-

ebullitio propter choleram.

lera adsit, mutuo fit ebullitio et lucta, non secus ac ab aqua forti et tartaro, quorū nullū cum altero manet, sedulo ergo et circumspecte cavendū est ne quid negligatur.

oleū per descensū de vitriolo.

Consideratione dignum est quod ex crudo vitriolo oleum per descensum distillatur, interdum album interdū viride pro conditione vitrioli, oleum hoc encomio singulari dignum est: quia enim ex crudo vitriolo praeparatur ideo eundem etiam spiritum continet de quo iam tradidi. Oleū hoc per descensum suis virtutibus ipse demonstrat quod praestans et eximium sit ad internos morbos, quorū iam dū mentio facta est: Oleum id sive albū sit sive viride perinde est, viride tamen melius est si circuletur et cū commixtione de spiritu vitrioli tradita permisceatur. de hoc nemo desperet quin certum et indubitatum remedium contra Caducū et omnes eius species habeat. — Circa ergo oleū vitrioli viride ita vos gerite ut id ad summum gradetis, eo modo ut separetur a sua terrestreitate et fecibus per balneum mariae, postea per ignem: ita in balneo mariae adimitur phlegma, et terrestreitas auferetur per ignem, et spiritus olei solus colligetur, qui in seipso circuletur, postea adhuc mere potest additionem cum spiritu vini, nec opus est ut plura addantur. In tractatu de vitriolo. tomo 7° pag. 132. 133. &c.

contra Caducū.

circulatio spiritus vitrioli

vitriolū est sal minerale.

Ex omnibus quae ex salibus oriuntur nullū est virtuti minerali cognatius ac est vitriolum. — Vitriolū in separatione mineralium est ultimum, hoc quam proxime sequitur generatio metallorū, ex quibus venus primū est, hinc vitriolum natura veneri adhaeret; atq; ex parte sal, et ex parte minerale. assumit enim partem veneris, ideo in quolibet vitriolo Cuprū est, et propter cognationē metallorū nempe veneris, vitriolum sal est veneris natura; similiter

Ex Paracelso de vitriolo.

vitriolum fit ex liquore metallorum.

Et Cuprum vitriolo permixtum est, nec vitriolo caret, verum ut generatio eius docet vitriolum totum est. Cum ergo vitriolum veneri adeo cognatum sit et tamen sal existat, ideo sit minera suumque corpus assumit ex liquore metallorum: unde etiam pyriticum quid et galdenicum refert forma ac specie varia, sicut de marcasitis constat.

aquae vitriolatae quid sint

Similis ortus aquarum quoque cuprearum est quae nihil sunt aliud quam vitriolum resolutum, quod coagulari nequeat, nimium enim salis et humiditatis habet: vim suam assumunt ex primis tribus salibus, subtilissimos spiritus tincturae cupreae possident, nisi quod corpore careant quod habet vitriolum cuprumque. Itaque aqua clara est: ferrum autem quod illi imponitur tingitur in cuprum: ferrum enim corpus suum ex mercurio cupreo habet,

mercurius cupreus.

non item rubedinem quae in metallicis tribus consistit: sal enim tingit ferrum: hinc liquet cum aqua cuprea, cum ex rubedine metallicorum primorum trium oriatur, corpus id, quod mercurii est, tingat: ideo ferrum fit cuprum. Cupreum enim est in colore suo per spiritum salis.

In tractatu de elemento aquae. tom. 8. pag. 97.

Nuclea Sophica

seu

Explanatio in Tincturā

Physicorū Theophrasti Paracelsi

per

Liberium Benedictū.

Ex Libello Benedicto notanda de Materia Philosophorum

Lex fuit apud Hebraeos Judaeos veteres (Hieronymo teste credimus), vetans ne quis annis triginta minor primum Genesews caput legeret: verum-ne istud sit an minus disputare jam non libet: Nam apud Judaeos modernos morem hunc evanuisse palam est. Istud certe negari nulla ratione potest, multa eaque insignia arcana in quibus suis Creaturis ex accurata Capitis hujus lectione ac meditatione hauriri posse.

Et enim ut remotis prolixae praefationis ambagibus ad rem ipsam velis expansis properem Caput istud ad Artem nostram Chymicam quam aptissime convenire rectissimeque adaptari posse quis quaeso est qui dubitet? Neque enim vel Materiam vel praxin lapidis physici a capite quod aiunt usque ad calcem expressius magis ac proprie tibi depingere possem quam Deus optimus ac maximus in processu isto quem in formandis effingendisque Creaturis observavit, vivis coloribus ipse delineavit.

Cum autem Theophrastus in libello suo cui titulus est Tinctura ~~Philosophorum~~ Physicorum viam et ordinem illum a Deo praescriptum exacte fuerit secutus ac ibidem Materiam et Praxin totius operis tum quoad veterum Philosophorum tum quoad recentiorem ac correctiorem sui ipsius ~~cognitionem~~ opinionem satis superque descripserit: neque ego diversam ab illa praxin constituam, sed brevem potius ad faciliorem libelli istius intellectum manuductionem ostendam per quam Tyrones Artis hujus (nam ~~hujus~~ Doctis scripta haec esse nolo) Deo duce et comite diligentia non solum ad cognitionem et intellectum fundamenti istius theorici verum etiam ad artificiosam et necessariam operationem in toto illo negotio feliciter pertingere poterunt.

Ac primum quidem in descriptione operis hujus philosophici (quod sane nihil aliud est quam Microcosmus sive parvulus quidam Mundus, quia in ipso omnium rerum similitudo et participatio reperitur) eundem Theophrastus, quem Moyses in descriptione creationis Macrocosmi, retinet ordinem.

Prius enim

Libelli Benedicti Nucleus Sophicus

Prius enim quam Moyses de Materia secunda verba facit, recenset tria principia indistincte in illa posita a Deo ~~posita~~ autem distincte inde extracta: eodem ordine Theophrastus etiam progreditur: Prius enim quam Materiae operis sui ~~sui~~ mentionem facit, ostendit esse illam quidem unicam sed ita tamen ut alia tria in ea lateant quasi abscondita, quae mediante vulcano sive igne inde sint producenda ac postmodum in unam eandemque substantiam iterum unienda ac coniungenda teste axiomate philosophico Qui nescit ex uno plura extrahere nescit quoque ex pluribus unum conficere. Sic autem loquitur Theophrastus Materia tincturae est res quae ex tribus in unam substantiam vulcani ope potest perduci.

Patet hinc primo Consensus et Concordantia omnium Philosophorũ. Quod enim Theophrastus hic ait Materiam scilicet physicam esse unicam. Idem etiam dicit Geber Est lapis unus Medicina una, cui nihil addimus nec minuimus. Bernardus dicit Radicem esse unam ex qua Mercuriales duae substantiae totumque adeo nostrum opus conficiatur. Morienus idem testatur huius rei inquiens prima et principalis Materia est una et de ~~ean~~ ea est unum. Suffra~~pr~~gatur his et Agadmon in Turba Quare omnem pluralitatem dimittite, Natura enim una re contenta et qui eam ignorat peribit. Hermes omnium Philosophorum parens in sua tabula eiusdem testis est sententiae Sicut inquit omnes res natae fuerunt ab uno meditatione unius, sic oẽs res natae fuerunt ab hac una re, adaptatione. Maxime vero omnium Theophrasto adstipulatur Hercules; hoc, ait, Magisteriũ ex una primum radice ~~prodiit~~ procedit quae postmodum in plures res expanditur et iterum ad unam revertitur.

Ex quibus omnibus fundamentum et veritas huius Artis liquido cognoscitur quandoquidem Philosophi ut ait Bernardus veritatem nonnisi in una re profiteri possunt veritas enim est ubi nulla appareret contradictio. hinc etiam

omnes ~~Philosophi~~

Liberij Benedicti Nucleus Sophicus.

omnes falsi Chymici errores suos facilè possunt animadvertere, in hoc enim unico puncto omnis ipsorum fraus atque impostura detegitur ac dijudicatur.

Et quoniam quidem Deus optimus maximus magnum illum Mundum tum etiam omnes coelestes animales vegetabiles et minerales Naturas ex una re et unica originali radice creavit cur homo majorem sibi sapientiam arrogaret atque ad opus hoc conficiendum quod non minus omnium Creaturarum semina ac proprietates in se continet quam Macrocosmus plura quam istam unicam rem sive materiam adhibere praesumeret, Cum enim Ars haec imitetur Naturam Materia Artis erit Materia Naturae, et cum Materia Naturae sit unica nempe origo et Materia Metallorum ideo et Materia Artis erit unica.

Materia metallorum.

Memorat autem ille textus Genesis quod Materia illa prima fuerit Natura quadam humida sive Aqua: si enim diligentius aliquanto textum inspicias deprehendes quod etiam siquidem trium principiorum nimirum Coeli, Terrae, et Spiritus Dei primum fiat mentio, statim tamen subsequitur Materia ex qua Deus Coelum et Terram produxerit nimirum Aqua quam Deus sibi veluti proposuit, atque in duas partes dissecuit, quemadmodum paulò post audies.

Hermes sive Mercurius Trismegistus quanquam Sacerdos fuerit Aegyptiacus ac tum temporis divina illuminatione caruerit ex quibusdam tamen scriptis a Mose post exitum populi Israelitici ex Aegypto forsitan relictis, procul dubio eximiam sibi sapientiam comparavit: hic autem propriè non solum Materiam ex qua producta sunt Elementa vocat Naturam humidam, verum etiam distributionis illius admodum pulchrè et concinnè meminit in Pymandro

capite primo

Libellus Benedicti Nucleus Sophicus.

Nota Synonyma

Aquila.
Leo
Fulgor aureus.
Mercurius
Sal.
Sulphur
Spiritus
Corpus
Anima.

Leo rufus.

capite primo, cuius hæc sunt verba; Verum scilicet (verbum factum intellige) Natura humida adstans eam fovebat, ex humida autem Natura visceribus sincerus et levis ignis protinus evolans alta petit, ~~&~~ Aer quoque levis spiritu parens mediam regionem inter Ignem et Aquam sortiebatur. Terra vero et Aqua sic invicem commixta iacebant vt Terræ facies Aquis obruta nusquam pateret: hæc deinde duo commota sunt a spirituali verbo.

Concordat huic ~~Paracelsus~~ Theophrastus in omnibus prætterquam quod Materiam non ita expresse vocat Aquam sive Naturam humidam sed solum dicit quod ex tribus substantiis (quas in seipsa velut in Arcula quadam conclusit) sit composita. Et illas tres substantias vocat hic Aquilam Leonem et Fulgorem sive splendorem aureum: In libro Metamorphoseos aliter illas appellat nimirum Mercurium salem et sulphur. Hermetis aliorumque Philosophorum eadem est ~~[illegible]~~ sententia dicentium sive nominantium spiritum Corpus et Animam.

Qua autem via et ratione hæc tria, ab Artifice vulcani opera educantur ac postmodum ad vnitatem rursus redigantur deinceps fusius dicitur. Illud saltem hic tecum cogita quod rem illam vnicam ex qua Macrocosmus et Microcosmus noster produci debet Leonem rufum vocitat. Si expressius ipsi dicere libuisset Naturam etiam humidam sive Aquam nominare debuisset. Verumtamen istud non facit ne indignus æquè ac dignus Arcani huius fiat particeps, siquidem nec vllus alius Philosophus

vnquam

Unquam idem fuit, sed uti fere omnes testantur, quod sic
~~sic~~ Lapis occultatus est tam ab hominibus quam ~~ab~~ ~~hominibus~~ a Daemonibus.

Materia Philosophorum cur Leo dicatur.

Dicitur autem Leo propter immensam ipsius vim et efficaciam: Quemadmodum enim Leo fortissimus est omnium Animalium unde et Rex illorum vocatur: ita quoque haud facile fortiorem celeriorem ac penetrabiliorem inter omnes Creaturas Materiam Philosophorum reperies, quae tam homines quam omnes alias res creatas nulla excepta coerceat occupet superet ac gubernet.

Vim hanc illius atque efficaciam velocem confirmat Hermes inquiens quod haec Materia sit totius fortitudinis fortitudo fortissima. Compertum hoc habent illi qui norunt hunc Leonem atque eo per congruam praeparationem ad alias Creaturas uti didicerunt: Illi enim vident, uti Materia haec omnes alias Creaturas occupet coerceat devastet interimat, et has in aliam formam atque essentiam transmutet, adeo quidem ut nulla inveniri ullibi locorum possit Creatura quae vim huius [illegible] queat aut rugitum eius tolerare, quemadmodum Hermes porro ait quod vincat omnem rem subtilem, et omnem rem solidam penetret.

Atque hanc ipsam ob causam a Dionysio Zachario Gubernator et a Bernardo Rex appellatur, hisce adiectis verbis quod nihil sit quod tantum pluviae, imbrium, ventorum laborum caloris atque frigoris possit tolerare, sicut ille. quodque a nemine possit superari interimi aut domari (praeterquam Igne uti sciunt illi quibus custodia istiusmodi Animalium demandata est) atque adeo non immerito invictus ac immensa fortitudine praestans Leo nuncupari

propter anaticam

propter anaticam Elementorum coniunctionem: Cum enim Elementa illa separantur et purificantur et alternatim modo congruo desponsantur, generatur ab eis substantia temperata quam non potest Ignis violentia separare, nec Terrae foeculentia vitiari, nec Aquae limositas contaminare, nec contactus Aeris obumbrare.

Ne autem quis putet Leonem hunc esse quiddam peregrinum et exoticum dicit Theophrastus, nomine quidem multis re autem paucissimis illum esse cognitum et quidem vere ita res sese habet. Hic enim Leo a multis hominibus non solum illis qui Arti huic operam dant sed et a vili plebecula ore fere semper gestatur atque nominatur.

Nota sive Leo phorum a vili plebecula cog: nominatur saepe.

Ac licet quidem paucissima hominum pars (imo illi solum quibus a Deo oculi intellectus aperti sunt) virtutem usum atque efficaciam ipsius ignoret: adeo tamen vulgaris quo ad substantiam et materiam suam et omnium hominum voce trita res est ut non immerito Bernardus dicat Totus Mundus ante oculos illud habet positum. Moriemur inquit quod tam vulgare et necessarium sit hominibus ut sine ipso vitam propemodum degere nequeant. Verum inquit tibi confiteor quod res haec divino nutu in creatione sua magis configitur, et omnis a Deo creatus sine ea persistere non potest. Nullum invenire licet hominem etiamsi puer esset septennis aut octennis qui rem hanc non agnoscat, visam non statim propensione atque affectu quodam singulari prosequatur.

Qui quidem affectus non aliunde provenit quam ex

interiore

Liberij Benedicti Nucleus Sophicus.

interiore hominis spiritu artium et scientiarū naturaliū gnaro, cui probè compertum ac perspectum est quod omnis virtus vitam in diuturna valetudinis prosperitate conservandi morbosque omnes procul a corporibus nostris abigendi, in hac sola re posita sit atque abscondita.

Ac ne Materia ista ignota tibi esset talem eius de=scriptionem tibi ob oculos ponit, tamque luculentam ut non possim non mirari cum Theophrastus alioquin in suis Tractatibus data opera satis sit obscurus atque invidus. Dicit autem quod illa Materia sit unio preciosissimus et Thesaurus nobilissimus omnium quos Deus hominum considerationi unquam revelaverit: haec enim formalia ipsius verba sunt in Rosario minore quod scilicet Deus preciosiorem rem non creauit sub Coelo excepta Anima rationali.

miror cur author miretur. cū Paracelsus nihil dicat praecise de mā: imò valdè obscurus sit hoc in loco.

Examina ac perpende totum ordine omnes ac singulas Creaturas et non invenies meliorem praestantiorem nobiliorem atque amabiliorem quam haec est.

Poterit hic intelligens laborator facile fundamentū ipsum attingere si basim supra positam tum verò etiam sympathiam et diathesin Creaturarum Dei cum naturali hominis vita accuratè et prudenter consideraverit atque comparaverit.

Verumtamen ne nimis latè exspatier, circumstantijs supra positis et manuductione Theophrasti breviter indicatis finem faciam, teque ad libellum Authoris nostri de viribus spiritualium, ubi de Spiritu vitae verba facit, remittam. Ibi reperies quod Spiritus vitae seu ipsa hominis vita sit vapor coelestis non visibilis et temperamentum inter

Elementa

Liberij Benedicti Nucleus Sophicus -

Elementa, quoque comprehendatur in Syderibus ac Influentijs coelestibus quam late firmamentum patet.

Deinde qua ratione Spiritus hic e Syderibus in inferiorem corporalem Creaturam dispergatur ac mediante magnetica illius virtute attrahatur Cornelius Agrippa in occulta sua Philosophia libro primo de Spiritu Mundi plenius te edocebit.

quae est haec inferior Creatura, et cuius regni?

Nota.

Ubicunque ergo Materiam talem inveneris quae prae alijs Influxus huius et Spiritus vitae sit particeps, ea ad perficiendum opus tuum utaris, eiusdemque Spiritum Spiritui tuo ad conservationem confortationem et augmentationem per legitima media ac iustam praeparationem applicare. Hactenus de Materia. Etc.

Liber supra dictus est in 8° continens 98 paginas, cuius sequitur titulus talis.

Nucleus Sophicus

seu

Explanatio in tincturam Physicorum Theophrasti Paracelsi in qua vera ac genuina Materia sive subiectum philosophorum catholicum: tum etiam totius operis tam veterum philosophorum quam Theophrasti noua correcta vera ac propria praeparatio demonstratur.

Cui adiunctus est Tractatus brevis atque utilis de Lapide Philosophorum more cabalistico scriptus et in verorum Chymiae studiosorum commodum lucidatus publicique iuris factus.

per Liberium Benedictum

Francofurti ad Moenum apud Lucam Jennis

M. DC XXIII.

De Praxi Operis magni ex Liberio Benedicto Notatu digna.

Ex Leone fit Aquila

Nunc ad praeparationem accedit Paracelsus et tria principia supra posita: Ac dicit quod Leo hic auxiliante Natura atque Arte laborante possit transmutari in Aquilam albicantem, ita ut ex uno fiant duo. Quo ipso innuit regulam quam Deus ipse primus quippe ac summus Chymicus nobis observandam reliquit: qua ex re una nimirum ex Aqua omnia creata ac creaturas condidit: partem scilicet Aquae in altum deduxit coelestemque Aquam fieri iussit: alteram partem in abyssum ~~colligit~~ collegit ac per coagulationem desiccavit et Terram fieri praecepit.

Terra constitit ex Aqua

Petrus 2 sua epistola cap. 3. Trium horum principiorum meminit, Quod Terra ex aqua et in aqua iuxta verbum Dei constiterit. Esdra 4 cap. ult. similiter dicit Quod Deus suspendit Terram supra aquas verbo suo.

Hanc igitur ob causam primus ille Artificis debet esse labor in hac Arte ut ipse Materiam suam in duas partes dividat:

Quarum alteram per distillationem in sublime deducat: Atque ex illa pellucidam coelestem spiritualem et volatilem Aquam efficiat: quae hic albicans Aquila nominatur:

Ac sicut nulla est ex Avium genere quae aequè sublimi volatu atque acri visu quemadmodum Aquila polleat: Ita etiam nulla datur Aqua tam volatilis tam acriter penetrans quam haec est: Ascendit siquidem usque ad coelum et Leonis tanquam patris et filii sui ossa atque adipem transmittat ac veluti transfigit: uti paulo post audies.

Porro Aquila haec clavis est ad totam hominis regenerationem iuxta dictum psalmi Renovabitur ut Aquilae iuventus tua:

Aqua autem

Liber Benedicti Nucleus Sophicus.

Aqua autem est albicans et pellucida coelestibus coloribus constans ex Alani et Bernardi sententia: Quam ob causam etiam a multis Coelum (propter suam coelestem naturam) vocatur. hac Aquila prima Aqua para est in sublime deducta, homeria superius eiusdemque ascendens, subtile; uti in tabula sua vocatur. hic Spiritus est firmamenti uti Esdras lib. 4 ipsum nominat. Alii Philosophi vocant Aquam sive Spiritum Mundi, nonnumquam etiam Animam, Mediam naturam; quae iam sit quasi corpus et quasi non anima, iam quasi anima et quasi non corpus; ligamentum et vinculum omnium Elementorum, veluti universalis generativa Natura per omnes Mundi partes tanquam corpus universi dispersa.

Cumque centrum suum habeat in supremo circulo tanquam levissimum, ex quo etiam prima universali rerum generatione originem traxit; ideo in liberatione hac sua etiam in sublime Coelum versus fertur, ad centrum nimirum suum. Superius humor Lunae vel humidum radicale dictum fuit.

Augurellus lib. i.

Hoc etenim quicquid diffunditur undique Coeli
Aeraque et Terrae et lati marmoris Aequor
Intus agi referunt Animam, qua vivere Mundi
Cuncta putant, ipsumque hoc Mundum ducere vitam.
Et Anima quoniam nil non est corporis expers,
Mundus at et Mundi partes quoque corpore constant:
Spiritus hac inter medius fit, quem neque Corpus
Aut Animam dicas, sed eum qui solus utraque
Participans, in idem simul haec extrema reducat.
hic igitur Maria ac terras atque aera et ignem
vivere augerique atque in se cuncta referre
Semper aut, semper stirpes ~~semper~~ animantia semper
Gignere, perpetuamque sequi per secula prolem.

Denique sic

Libri ij Benedicti Nucleus Sophicus.

Denique sic etiam fulvo contentus in Auro
Ipse manum cupit Artificis qui vincula solvit
Et qui se propria reddat virtute potentem.

Sequitur altera ~~[struck]~~ Aqua ~~[struck]~~ pars qua iuxta Moysis sententiam collecta et desiccata fuit: Atque hoc secundum membrum est Artis nostrae, Substantia nimirum Leonis viridis, postquam Aquila prius dicta e corpore suo (velut ex ovo medi=ante calore producta) evolavit. Ut clarius dicam Terra est sicca vacua et sordida ut ex genesi liquet et Leonis nomen ob supra dictam eius virtutem atque acredinem retinet:
Quemadmodum enim Leo dentes habet valde acutos omniaque facile perrodit: Ita haec etiam Terra adeo acris est ut super linguam, propter acutissimam penetrantemque naturam tolerari nullo modo possit, uti Philosophus quidem testatur.
Alio in loco Theophrastus Paracelsus invisibilem ac consu=mentem Ignem nominat. Apud Bernardum, primum suum Regis nomen retinet dum dicit quod etsi quidem dicta Aquila Regia sit mater, senior tamen sit illa: quamvis enim Leonis nomen semper retineat, natura tamen ipsius immutata est; nec virgo iam est, sed per Spiritum qui ferebatur super Aquam veluti super primam ipsius ac principalem Substantiam, obumbrata atque impraegnata fuit; quapropter et coelestem et Spiritualem fructum peperit, supra videlicet dictam Aquilam: hanc etiam vocat inferius, Spillum, sive descendens: quia enim gravis est, igitur quaerit centrum suum in infimo Circuli, tanquam subiectum superioris Coeli et eius influxus videlicet Animae, mediae naturae, vel Spiritus mundani. Supra legitimo suo nomine vocabatur Calor Solis sive Calor naturalis rerum essentialium ac naturalium.
Requiritur iam adhuc unum membrum, tertium videlicet

Principium

Libelli Benedicti Nucleus Sophicus.

Principium quod est Spiritus Dei qui ferebatur super Aquas:
secundum Theophrasti opinionem est fulgor Auri.
Haec enim Terra verum est Aurum a Natura in imperfectione
Feraridensis. sua relictum, Arti vero ad perficiendum commissa, ut Fera=
ridensis ait cap. 24. Sua partes terrestres nihil aliud sunt
quam aurum occultum philosophorum sive fermentum:
Alii Philosophi iique sane eruditissimi definiunt Animam
Mundi, cuius corpus est color Auri.
Quemadmodum igitur in prima universali creatione tertium
hoc Principium, Spiritus videlicet Dei a reliquis duobus non
fuit separatum, sed duo in uno permanserunt; Ita etiam in
hac microcosmica particulari et philosophica creatione procedit:
Etenim in hac Tertium Principium fulgoris auri, color nimirum
vere aureus ac rutilans per se non datur, nec fulgorem spagyro
convenientem emittit; teste Theophrasto, hoc est evanescit atque
absconditur, quando ex uno fiunt duo.
Quorsum ergo tendit? Si textui Benedicti aliorumque Philosophorum
opinionibus credimus, concedamus oportet illam in Aqua supra
dicta permanere: Et quia Aqua illa Coelum versus tendit
ipsam etiam una tendere necesse esset ad eundem locum veluti
Centrum suum
Theophrastus autem illam in prima hac separatione corpori
attribuit nimirum Terrae. Fortassis in causa est divinum
proloquium saepius in veteri testamento repetitum quod nimirum
Anima sit in sanguine: Atque hanc ob causam Judaei sanguine
vesci sunt prohibiti.
Cum igitur ille Auri fulgor utpote Tertium Principium a
multis Anima appellatur, neque alia aliqua specie appareat,
quam sicut sanguis aliquis rubicundus suffocatus (quemad=
modum ab authore nostro Sanguis Leoninus dicitur) attribuit
illam Theophrastus corpori, quippe qui in prima distillatione

una cum Aqua

Liber Benedicti Nucleus Sophicus.

Una cum Aqua distillatorium non supergreditur: In illo enim aiunt omnes Alchymistae latere totam Artem ut Aurum distillatorium superscendat.
Arcanum quidem hoc est, si modo Aurum istud atque suum fulgorem rectè atque verè agnoscerent: utro iam hoc modo intelligas haud malè facies. Certa enim haec particula nimirum fulgida ac Spiritualis Anima sub specie rubicundi coloris super Aquam fluens si ex Leone debito modo extracta fuerit uti audies benè scies.
At tamen semper in uno restabunt duo quandoquidem Anima haec utpotè invisibilis incomprehensibilis et Spiritualis essentia per se absque alio corpore extra centrum suum nullo modo potest consistere.

Augurellus lib. 2.



Elementa vacare
Instituit, tanquam possint et fortè videri
Simplicia, aut tangi manibus secreta vel usque
Esse, vel includi quoque, quin protinus omne
vas penetrent, duro quovis adamante peractum
Id fuerit simplex, neque enim consistere corpus
Parte potest orbis vasti violenter in ulla
Sed propria tantum gaudens in sede quiescit.

Spiritus enim cum sit non apparet, nec tangitur nisi assumpto corpore ex aliquo Elemento: Ideo iste Spiritus propter nobilitatem Materiae suae accipit corpus in nobiliori et superiori Sphaera Elementorum scilicet in Sphaerâ ignea remanente tamen ipso Igne in natura sua Spirituali: Ideo non est Ignis nec habet naturam igneam sed altiorem quantum de se est licet in Igne habitet, et à multis Ignis vocatur: Caeterum hoc corpus est Leo sive Terra sicca qua rubicundum suum

colorem

Liberii Benedicti Nucleus Sophicus.

colorem, suam mumiam, sanguinem suum suffocatum qui corpore non adaperto nullum habet exitum, continet: uti patet in suspensis sive suffocatis, quemadmodum Liber Trinitatis in consimilibus figuris commemorat.

De his tribus Principijs ait Raymundus Lullius in Lullius Testamento novissimo cap. 4. Fili argentum vivum vel pars illius est aqua distillata a terra sua, et terra similiter est argentum vivum animatum, et anima est calor naturalis qui stat colligatus in prima essentia Elementorum Argenti vivi.

Habes ita brevem theoriam et manuductionem Theophrasti qua doceris quid in vera illa et philosophica Materia agere aut operari debeas, nimirum quod necesse sit ut duas res inibi occlusas Aquilam videlicet Mercurium, et Corpus sal quod ad instar balsami perpetui Tertiam etiam particula, spiritualem quippe Animam splendorem Auri sive verum ac genuinum Auri semen et sulphur philosophicum in se continet, extrahas; iuxta consilium quod Medea seni Theso rejuvenescere cupienti apud Ovidium suggerit nimirum ut membra sua per anatomiam a se invicem separari, postea vero eadem in balneo calido sedibus suis reponi, ac redintegrari ~~[illegible]~~ curet; sic enim fore ut pristinas suas vires ac iuventutem floridam recuperet.

Ut autem scias qua ratione theoriam hanc in effectum producere ac modum operationis, quo mediante ex unitate binarium ex binario trinitatem facias, assequi possis, procedit iam Theophrastus ad Praxim Sapientis enim est prius per causas cognoscere priusquam ad opus conficiendum operatione accedat

Duplicem autem tibi viam ostendit: unam qua veteres

Philosophi

Philosophi fuere vsi: Alteram quam ipse primus reperit.

Ac veteres quidem dicit vsos fuisse via admodum longa ac prolixa plurimisque circuitionibus atque ambagibus donec ad supradictam theoriam separationis deuenerint ac ipsum rei scopum attigerint. Primum enim ex vno simplici vti Deus ipse ac deinde Theophrastus duas res fecerunt nimirum Aquam et Terram: atque Theophrastus Artifices in duo haec amborum simplicium nomina quasi incidisse atque
Lili vno vocabulo Lili appellasse, postmodum vero semper illis duabus rebus non vna vsos fuisse.

Videndum autem tibi est rem eandem redire, siue primum vna, siue duabus rebus vtaris. Materia enim haec nostra aeque tam in vna parte quam in duabus separatim quas iam Natura effecit, reperitur: quemadmodum hanc subiecti nostri duplicitatem describit
Ferrariensis Ferrariensis capite 12. Verumtamen, inquiens, primum et radicale elementum de quo ~~in~~ omnia elementa originem traxerunt est humiditas siue Aqua, vel est liquefactio: aut secundum alios est Terra. sed quicquid sit ad idem vertitur. Et paulo post dicit In substantia autem ab exordio Mundi vnum solum est elementum quod est Materia prima, eius diuisione per repugnantiam quatuor qualitatum generata sunt quatuor elementa actu, quae erant ibi in potentia.

Quod si vnum solummodo vis adhibere ex illo prius duo vt conficias necesse est: sin duo, Terram quippe et Aquam (quem binarium Natura iam ex vnitate reduxit) ~~te~~ labori duo ex illis conficiendi supersedere poteris, nihilque amplius nisi tertium adhuc quod semper in vno latet adiungere necessum habes nimirum Sanguinem Leonis: verum hoc opus hic labor est hic cardo est in quo totum hoc

negotium

negotium vertitur, nimirum verum proprium ac naturale Sulphur Philosophicum sive Semen Auri quod facultate ac potentia sibi simile generandi a Deo ac Natura praeditum est.

Sulphur phicum terrae nimis immixtū debet inde extrahi

Cum vero nimis profunde Terrae immixtum sit eiusque superfluitatibus quam maxime alligatum munus suum pro dignitate obire nequit nisi prius ab artificioso ac sedulo laboratore e carceribus ac vinculis suis quibus a Natura est complicatum redemptum sit ac liberatum. Hac ratione vero veteres duas has, ex particulas coniunxerunt, cum per mensem illas invicem putrefecerunt, finita vero putrefactione humidos Spiritus hoc est Aquam leni Igne mediante distillatione extraxerunt: Aqua enim haec intensum Ignem tolerare nullo modo potest adeo quidem

Aqua debet igne lento extrahi, alias nimis exardescit furore.

vi eo agitata aut multum vexata non solum impatientia irā ac furore exardescat sed etiam omnia concutiat ac prosternat uti Bernardus ait. Postea residuam Materiam leni igne haud transcendentem acriori igne agitarunt atque illud quidem tamdiu donec illa etiam Materia, Sicci videlicet Spiritus, transcenderint.

Sicci spirit⁹ dicuntur Corp⁹ Leonis terra acris Semē auri & Sulphur philosophicū

Hic autem Spiritus Siccus, est Substantia sive corpus ipsum Leonis, terra acris, Semen illud avarus th. Tauri sive gazophilacium suum haud facile adaperiri permittens oleumque suum auratum utpote rem fixam illibenter admodum et ~~corp~~ coacte emittens et palatium suum nemini nisi vi ac potentia cogatur, concedens aut occupandū diripiendum-ue offerens.

Vocatur autem Spiritus Siccus propter quantitatem Ignis in eo dominantis qui nihil aliud est quam verum ac proprium Sulphur philosophicum quemadmodū Bernardus lib. 3, praesertim vero in libello de transmutationibus Metallorum

Sulphur quid sit. Metallorum testatur, Sulphur verum non est aliud quam actus purus aeris et ignis calefaciens et digerens seu decoquens terram et aquam sibi proportionales et homogeneas.

Richardus Anglicus. Richardus Anglicus dicit Sulphur Philosophorū est simplex ignis vivus vivificans et maturans cum per se sit superfluae maturitatis et non est nisi vapor calidus et siccus generatus ex ~~siccissima~~ purissima siccitate Terrestri in qua omnibus modis praedominatur Ignis.

Caput mortuum quomodo imbibitum fuit a veteribus philosophis. At enimvero quia oleum istud sive spiritus illi simul ac semel transgrediuntur, ne quid de semine illo aurifero sive Auro potabili utpote insigni Regio thesauro inutile restaret caput mortuum, quod in fundo remansit humidis spiritibus (Aquis videlicet abstractis aut alijs frigidiusculis) imbiberunt, commiscuerunt, de novo iterum per integrum mensis spacium putrefecerunt ac distillarunt, uti primum et tunc plus de oleo residuo solis transgressum fuit.

hanc imbibitionem, putrefactionem, distillationem toties repetierunt donec terra omnino resoluta eiusque captivi omnes suos thesauros emancipaverint ac in lucem protulerint atque ita totum Aurum excesserit distillatorium ac in Mercurium sive Aquam transierit aut decesserit qua coagulum sive Sulphur suum in profundo habet

Bebe. uti Bebe ait Mercurius noster habet in sui profundo Sulphur fixum et adimmergitur in eo nihil nisi Sol.

Zacharius. Dionysius Zacharius laborem hunc eleganter describit in sua Practica: quod postquam Gubernator a loco Ignis (haec enim sunt verba Imperatoris fornax scilicet) recesserit, sederitur eius residuus tandiu cum hoste id est Igne conflictatus fuerit donec omnia super Aquam et pontem

quem post se

quem post se relicturunt hosti sese subduxerint. Atque hoc idem illud est quod Aeneas cum arbore ramos aureos ferente fecit: quoties enim unum decerpsit toties alius extemplo succrevit; hae guttae illae sunt insignes et aureae quarum si una e rostro vasis delapsa fuerit in recipientem alia continuo succedit donec omnis sanguis cardiacus et totales Leonis virides recesserint.

hic enim verus, ~~[illegible]~~ ille Leo Judae est, a Deo missus ac destinatus ut populum suum a peccatis et impuritatibus suis liberaret, sanguinem suum per tribulationes et poenas propter ipsum effunderet per apertionem lateris sui ex quo duo fontes vivi Aqua et Sanguine manantes largiter fluunt et scaturiunt in ablutionem et perpurgationem omnium illorum qui exinde bibent: In illis enim Aqua haec fiet fons qui in longaevam et ab omnibus aegritudinibus exemptam vitam scaturiet.

At quando veteres eo deduxerunt ut nihil amplius de terra transgredi voluerit, regressi sunt uti Bernardus commemorat ad fontinam et Aquam, sive oleum istud amplius per se purgaverunt, omnia vincula quae restabant amoverunt donec tandem ad verum fontem et ad elegantissima Aurei libelli folia pervenerunt. hic Adam et Eva nudi conspiciuntur: oculi enim illorum sunt aperti et intelligunt iam quid in priori suâ substantiâ malum ac bonum, utile ac noxium fuerit: Atque haec proprie est Rectificatio per quam haec duo ab accidentalibus suis impuritatibus quae in prima distillatione simul transcenderunt separantur (impuri enim spiritus

et faeces

thesauros sub terra custodiuntur, inuiti admodum ab illis discedunt) hoc Paracelsus sub vocabulo purificari vult intelligi.

Hoc igitur primum opus est huius nostrae ~~protet~~ philosophicae prolis, regressio scilicet in ventrem matris: per quam regula divina nova generatur, et primum Chymicorum praeceptum adimpletur, nimirum reductio in primam Materiam in tria naturalia ~~[illegible]~~ principia videlicet in Spiritum Mercurii animatum et vaporem Terrae sulphureum, per quam ~~[illegible]~~ elementa et purum ab impuro separatur et postremo semina Auri e tenebris in lucem producuntur non minus quam Natura ipsa in generatione Metallorum subter terra facit: hic vide descriptionem processus Naturae cum duplici fumo ex Bracescho.

Id tamen fit non sine magnis ac numerosis sumptibus diuturno labore ac tempore quibus omnibus veteres Phi opus haudquaquam habuissent et ad gazophylacium Leonis multo compendiosiore via uti potuissent, si modo sensus ac cogitationes suas aliquando altius eo intendissent ac vestigiis Theophrasti insistere voluissent. Facile autem crediderim neminem esse qui non compendiosae huius viae rationem aut modum scire unaque via efficere cupiat, quod alias viribus aliquot facere vix posset, secundum Aristotelis effatum Bene fit quod uno modo fit.

Ne autem quicquam habeas quod de Theophrasto conqueraris ostendit tibi alias eamque brevem viam, et monet ut supra commemoratum diuturnum laborem relinquas: et notes quod nihil ad hoc opus perficiendum amplius quam roseus Leonis sanguis et gluten Aquilae accipiendum sit.

haec duo simul

hae duo simul inter se coagula atque in unum corpus redue quasi virile ac muliebre semen.

Dicat autem aliquis, Mi Theophraste haec eadem illa chorda est qua iam diu lusum est: Nam et veteres nihil amplius usurparunt quam Sanguinem et Aquam de Leone, quas coagularunt, postquam vero eo deduxerunt ac quas has partes diuturno ac indefesso suo labore consecuti sunt praeclarum factum esse putarunt.

Tu autem de compendiosa quadam via verba facis per quam supradictas duas mercuriales substantias simplici labore ac perbrevi tempore assequi possim, nec tanto labore tamque difficili operatione exercere cogar sicut veteres? Esto; verum sic Theophrastum non usque adeo in hoc tractatu clarum ac perspicuum esse ut sententiam ipsius proprie ac vere ex ipso intelligas propter celerem ipsius praeparationem: facile tamen excogitare poteris qua ratione istud fieri oporteat praesertim si Theophrastum in aliis suis praeparationibus diligenter legisti, atque alias etiam in laboribus Chymicis es versatus.

Ibi enim reperies quod Chymia in omnium Arcanorum praeparationibus duplicem modum habeat Distillationem nempe et Extractionem: Audisti autem quod Theophrasto paulo iam prius nominato diuturnus labor quem veteres plurimis distillationibus et putrefactionibus exantlarunt admodum displicuerit partim propter temporis iacturam partim propter infinitos fere sumptus qui requiruntur: Quod cum ita sit necessario sequitur illum altero medio Extractione scilicet solutius usum fuisse: Solutio enim nihil aliud est quam extrahere interius rerum ad suam superficiem

Liberii Benedicti Nucleus Sophicus.

Superficiem ita ut occultum fiat manifestum; iuxta Calid ~~[illegible]~~ filium Jaichi.

Postquam igitur ex uno duo feceris vel etiam isthaec duo quae Natura per se divisim conficit acceperis tum veterem operandi modum missum fac, et solum Leonis Sanguinem recipe, hoc est cor eius proprio ipsius gladio sive hasta confodito: vel ut Bernardus ait Regem per propriam suam venenosam et Mercurialem Aquam occidito.

Ut clarius adhuc dicam Extrahito ex Terra Tincturam sive Arcanum ipsius; et statim Sanguis, splendor Auri hoc est umbra Solis sicci Spiritus simul ac semel egrediuntur.

Atque hoc ~~[illegible]~~ multo fit compendiosius quam si diu multumque distilles; siquidem intra paucarum horarum spacium per huiusmodi extractionem sive solutionem idem ac plus etiam quam alias per distillationem philosophorum veterum vix intra semestre spacium, perficitur.

Hâc insuper viâ eodem aut duodecim Mensium spacio propemodum ad finem totius operis devenire potes: Cum ~~[illegible]~~ e contra per supra dictam veterum viam vix principium operis nempe Reductionem in primam Materiam assequi possis, quemadmodum illi probè norunt quibus Deus oculos in hoc opere aperuit, quosque Solutionem hanc sive Extractionem videre aut cognoscere dignatus est.

Loquor autem hic ut exactè me intelligas non de secunda Solutione Terrae physicae ex prima Solutione extractae sed de prima Solutione crudi corporis

hic subticuit Author extractionem.

Quomodo autem haec Solutio sive Extractio propriè fiat huius loci non est expressè commemorare: ne quod Author noster inquit ignavia fucis cibum in ora invitis et indignis ingeramus: verum enim est istud

Τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.

Quicunque

Liber Benedicti Nucleus Sophicus.

Quicunque in Oceanum vult descendere prius angusta flumina ut superegrediatur sive transeat necesse est. Haec eximia illa urbs est in campo aedificata divitijs omnibus abundans de qua Esdra lib 4 cap. 7. loquitur sed via admodum angusta ad illam ducit ita ut unus tantummodo homo super eam ambulare possit eaque valde est periculosa à dextro latere Ignem a sinistro Aquam habens.

Qui igitur urbem hanc eiusque divitias acquirere ac possidere satagit primum ingentem laborem sudorem ac periculum sustinere priusquam angustam inter Ignem et Aquam viam supervenerit, cogitur.

Oblique autem tibi satis superque rem indicavi in quam deinde ne narre tibi quasi penitus in id intendamus diligentius speculari poteris.

Nunc tibi regulam saltem Gebri ad animum revocatam
Geber. velim Quod Nulla Solutio debeat fieri nisi in Sanguine proprio, et res calcinatas esse magis Solubiles quam non calcinatas, quia per calcinationem rediguntur in naturam salium et aluminum quae sola sunt Solubilia. Iam si verus est Artis indagator sufficientem habet manuductionem. Sapienti enim sat dictum.

Atque haec compendiosa Theophrasti est via per quam ad duo supradicta, quorum Alterum est pater scilicet Sol utpote Aqua rubea Alterum vero mater videlicet Luna nempe Aqua alba quae ad perpetrationem miraculi rei unius requiruntur, intra exiguum temporis spacium levi labore ac paucis sumptibus pervenire, atque idcirco Theophrasto ob fidele ipsius consilium non immerito gratias agere poteris.

Vides ergo, mediante divino auxilio, absolutus est Artis huius primus labor.

Libelli Benedicti Nucleus Sophicus.

primus labor, primus gradus operis qui fit manibus per Sublimationem et mundationem per quam carnalis siue corporalis Adam occisus est, et Corpus Anima ac Spiritus naturali morte a se inuicem sunt disiuncta.

Sequitur iam Secunda operatio quae fit cum requie et absque labore per fixionem et permanentiam eorum quae Sublimata et mundata sunt: haec est resurrectio a mortuis per quam Corpus Anima et Spiritus (postquam horum quodlibet in se purificatum est) iterum coniunguntur et in nostro nouissimo die nouum ac glorificatum corpus et nouus ac Spiritualis homo sine macula a peccato iterum resurgit.

In hac coniunctione resurrectionis, fit totum corpus spirituale ut ipsa Anima: et fiunt sic unum sicut aqua mixta Aquae, et non separantur de caetero in aeternum; cum in eis nulla sit diuersitas imo unitas et identitas omnium trium scilicet Spiritus Animae et Corporis absque separatione in aeternum: sicut vere patet de identitate Trinitatis in Deo Patris Filii et Spus Sancti qui sunt in ipso Deo unum et idem cum distinctione absq. diuersitate in Substantia.

Verum hic supradictus labor tam veteribus quam Theophrasto, tum etiam Seniori haec nuda prorsus inutilia fuissent nisi etiam cognouissent quomodo amplius sit procedendum ut semen istud ad maturitatem deducatur fructusque expectatus suo tempore producatur.

Ad feliciter vero id perficiendum, demum ex Natura praesertim vero a Deo utpote Praeceptore ex cap. 2. Genesios discere illos oportet: Ibi enim legitur quod licet Deus

in Terra

Liber Benedicti Nucleus Sophicus;

in terris omnia genera gramina herbas arbores
et similia creavit per se tamen fructus producere
aut genus suum augmentare nequiverunt donec
idem ille Deus Aquam prius à terra separatam
et ad Coelum deductam, rursus ad terram redire
iussit. Idem istud experientia hodie etiam contestatur
quod terra quando sicca est atque arida fructus
nullos producat, nisi saepius pluvia ~~et~~ ac rore
perfundatur.
Hoc vero etiam secuti saepe dictam Aquam albam
cum sanguine rubicundi Leonis nimirum terra (sanguis
enim hic, ubi coagulatus est terra est) rursus univerunt
iuxta Hermetis doctrinam dicentis Ascendat a terra
in Coelum iterumque descendat in terram, et recipit
vim superiorum et inferiorum. Et alibi Sol rubeus
est pater Luna alba mater, coniungite illos una via
et una dispositione.

Augurellus lib. 3.

Forsitan hic numeros quaeras et pondera rerum,
Quae tibi constituas, opus id quod perficis ante
Verum si reputes tria sunt primordia rerum
Dehinc duo, dehinc etiam recte si videris unum
Tantum erit, et solo triplex haec constat in Auro
Quin ipsa haec uno comprehendere pondere cuncta
Nam nihilo distant inter se iuncta suumque
Quodque sibi alterno permutat pondere pondus.
Hic etiam vult Theophrastus ut postquam duo illa per
summariam et compendiosam ipsius vitam constitutus
fueris

fuerit videlicet rosteum Sanguinem et candidum gluten Aquilæ nihil diversum nec aliud peregrinum addas sed hæc duo saltem, ac rursus ex binario, unitatem; ex duobus, unum; ex duabus mercurialibus Substantijs utpote Corpore et Spiritu, unam; ex duabus Aquis unã facias per coagulationem. Argentum enim vivum vel Mercurius noster non coagulatur coagulatione quæ fit per mixtionem extrinsecam nisi ad corruptiões cum suo autem Sulphure intrinseco coagulatur ad perfectionem.

hæc est unitio Coeli et Terræ, Connubium Adami et Evæ, Coniunctio Solis et Lunæ, vera unio Animæ et Spiritus Mundi cum Terra per unitionem centrorũ suorum, ubi Calid loquitur quod nullus sit ex Probatoribus qui valeat duo vel diversa coniungere quorum centra sunt diversa nisi post conversionem Naturæ earundem et mutationem Substantiæ et rei a sua Natura: Ergo qui poterit convertere Animam in Corpus et Corpus in Animam et commiscere cum eo Spiritus subtiles tinget omne Corpus. Per hunc influxum Terra nostra impregnatur et foecundatur ut suo tempore omnia genera Animalia vegetabilia et mineralia naturas producat. Quomodo vero id fit quæris sapiens Nicodemus? Tu ne vero es magister in Israel, atque audes suscipere gravissimum Physicæ opus, et hoc tamen nescis? Theophrastus sane cap. 3 hoc tibi perspicue ostendit quod nimirum factum sit aut fieri debeat per Pellicanum (hoc enim Sepulchrum est in quo Adam noster demortuus usque ad resurrectionem suam quiescere debet) tribus aut quatuor viribus donec totum Lili, utraq̃

matteria

Libelli Benedicti Nucleus Sophicus.

Materia; Terra et Aqua, Sicca in fundo iacent.
Verba haec, tribus aut quatuor vicibus, ita intelligenda sunt, Quemadmodum non sufficit ut per totum Annum semel tantummodo pluat sed quando Terra post primam pluviam a Sole iterum desiccata est, postea alia subsequitur pluvia quam in se attrahit Terra, et hoc per aestatem aliquot fit vicibus: Ita etiam veteres Philosophi in Microcosmo suo tanquam imitatores Naturae eundem morem observarunt ac candidam Aquam quam ex Materia sua primum confecerunt in duas aut plures partes diviserunt. Primam partem statim ab ~~ini~~ initio cum sanguine Leonis ~~per~~ per circulationem in Pellicano coagularunt et in Terram siccam reduxerunt secundum illud, Natura cognoscit Naturam, Natura natura laetatur et Natura Naturam recipit, et tamen non est nisi unica Natura et genus unum et substantia una et essentia una.
Huic coagulatae siccae Terrae veteres aliam Aquae partem addiderunt, iterum ea imbiberunt et mediante calore siccarunt atque id quidem tribus aut quatuor vicibus donec Terra Aquam suam candidam totaliter iterum in se recepit: Atque ita totum Lili siccum corpus factum est: veteres igitur Lapidem statim ab ~~ani~~ initio etiam ante fixationem augmentarunt; uti Bernardus qui dicit, Regem sic, ubi quis velit, in sua fontina adhuc semel compleri posse: Quo enim saepius in hisce salsis et mercurialibus Aquis sive Thermis sulphureis lavatur eo est virtuosior. Multiplicatio enim teste Raymundo Lullio non est aliud nisi operis nostri primordialis

compositi

compositi reiteratio. Et Bernardus in libello transmutationis Metallorum dicit Sicut in hoc opere in prima eius compositione nihil extraneum natura sua ingreditur Sic nec aliud ipsum multiplicat quod non est de eius compositione prima.

Quia vero omnes generationes et corruptiones in Natura ex calore determinato fiunt praesertim cum Natura in productione metallorum sub Terra nullo alio instrumento sit praedita quam assiduo et leni calore; Idcirco omnes huius Artis imitatores in coagulatione hac et maturatione iterum Naturae vestigia sequi nec alio instrumento uti coacti fuerunt: Illa enim omnes fructus per vniversum orbem per continuū Solis calorem coquit, et quo calidior est Aestas, suo etiam tamen tempore, pluuiis intermixta; eo citius et melius fruges maturas reddit et foecundas.

Quapropter veteres etiam, Domini huic nostro nullum aliud subsidium tulerunt quam quod Solis itidem calore fuerunt vsi qui absque intermissione Elementis nostris Terrae et Aquae, quibus duo reliqua inclusa sunt, (virtus enim Ignis et Aeris proprie ꝗ apparere non possunt nisi in Terra et Aqua, sicut nec virtus formae nisi in Materia) affulsit.

Et sicut in Sol in Macrocosmo per Aestatem indies fit calidior ~~done~~ donec suum summum gradum ascensionis in Zodiaco assequitur: Ita etiam omnes ac ~~pe~~ plerique Artifices calorem suum sive paruum Solem gradatim augmentarunt donec massam illam suam per ordinariam Ignis multiplicationem tandiu coxerunt ac fixerunt ut abiecta nigredine post commutationem omnium Colorum Sanguineus fieret.

Hoc vnum est subsidium quod Materiae huic nostrae

fero

fere possumus, quemadmodum Hermes dicit Ignis est regimentum. In qua etiam opinione est Chrysippus Fanianus inquiens tota vis in Igne iacet hoc, rudem illam indigestamque molem in illa Elementa quatuor discernimus et divellimus, ~~eden~~ eadem porro componimus et cogimus in unum; hoc, in calcem et inchoatum perficimus. Et hic locum habet istud Ubi Natura desinit ibi Ars incipit. Et alius Philosophus Per Deum inquit lapis noster physicus a Natura creatus invenitur et nihil ei deest nisi purificatio et perfectio. Consuevit etiam cum Igne dimicare eique quantus quantus sit resistere: gaudet in igne tanquam in loco proprio sicut res qualibet Animalis vegetabilis et Mineralis in loco suæ generationis melius quam alibi conservatur.

Atque ita suo tempore accipimus nostram Terram quasi spiritualem quæ ignem haud amplius refugit aut evitat: quia enim inter omnia elementa sola Terra est fixa, et Ars Alchymiæ vult suum Lapidem esse fixum ideo oportet necessario quod in fine operis convertantur omnia in Terram id est fixionem. Et verum hac ratione manet dictum Hermetis vis eius integra est si versa fuerit in Terram.

In hac autem coctione sive digestione omnis generis Colores conspiciuntur non secus ac in magna Natura in agris et pratis: Quemadmodum enim in hyeme discedente, ac sole paulatim altius ascendente, Terra insuper quæ per hyemem pluvijs et nive madefacta fuerat, exsiccata; in seminibus et frugibus omnis generis Colores emanunt: Ita etiam in hac particulari nostra Natura comparatum est; quando enim iam per solem suum ab Aqua et superfluis

humoribus

Liberij Benedicti Nucleus Sophicus.

humoribus arescere incipit, continuo diuersi generis Colores videlicet niger albus et rubeus et inter hos alii mixti apparent, nempe post primum album, quidam flauus; ante vltimum rubeum. hic non describitur cum non sit Color perfectus nec tamdiu in materia consistat vt videri recte possit. verum alter flauus Color qui post secundam albedinem et ante vltimam rubedinem apparet aliquantisper conspici se sinit sed tamen non ita diu sicut Niger, Albus et Rubeus qui semper agnosci possunt vti Crates in Turba ait Sciatis quod dealbare duplex est sicut et rubeum facere, vnum in contritione scilicet solutione alterum in decoctione. Semper tamen perfectius secunda vice ita quidem vt etiam post quadraginta dies firmiter adhuc consistant et conspiciantur.

Prior fit per hyemem quando Terra niue et aqua obtecta est: hic signum est vniuersalis putrefactionis, est operis initium, putrefactionis ~~initium~~ indicium, actu commixtionis signum et susceptio vnius in alterum et est color mortis. Tempus eius durationis est dispar: In sacris Bibliis legitur Aquas ~~diluuii~~ tempore Diluuij super Terra stetisse 156 dies: Bernardus ponit 130 dies intra quos Rex thorace nigricantem exuat ac indusio albicante indutum aspectui sese exponat. Scala Philosophorum 140 dies huius putrefactionis statuit.

Post hunc sequitur alter perfectus Color videlicet albus in perfecta coagulatione: Omnis putrefactio fit in humido finis autem putrefactionis est siccitas et inceratio, est mollis induratio, humoris occultatio, spiritus fixatio, diuersorum colligatio, homogeneitatis renouatio, fugientium ab Igne ad Ignem conueniens adaptatio, et est Color

regenerationis

regenerationis et Semicoctionis: Durat secundum Bernardi opinionem propemodum 82 dies, et est signum fixationis iuxta dictum Lucae in Turba.
Theophrastus nullum horum Colorum tempus ponit: Uti et revera certus terminus in quo colores hosce apparere oporteat dari non potest, cum causa saepe sit penes Materiam quae interdum aptior est interdum ineptior; saepe etiam penes solertiam Artificis ignem suum diligenter aut ignaviter dirigentis: hoc enim nostrum opus revera labor est et Mulierum quae tamdiu coquunt cibum donec esui sit aptus.
Necesse est autem ut rem uno gradu altius deducamus uti Bernardus inquit nempe ad Colorem rubicundum, ut per hanc suam plusquam perfectionem aliis imperfectis Metallis de abundantia et divitiis suis impertiri vicissim aliquid possit.
hac enim Rubedo est signum incorruptibilitatis et digestionis completae (et veraciter loquendo et ipsa forma Auri) ideo potest extendi sua operatio propter Rubedinem in magna quantitate cuiuslibet Metallorum et tingere in ~~[illegible]~~ citrinitatem Auri, sicut crocus propter suam rubedinem plurimas partes Aquae citrinat, quod potius attribuitur qualitati et formae quam quantitati.
hos Colores quilibet Artifex Agriculturam suam ad instar diligentis Patrisfamilias saepe perlustrans ordine sese subsequentes cum gaudio et hilaritate aspiciet ut hac ratione ulteriori explicatione hic non indigeat: vide super hac re Philosophos Bernardum, Scalam Philosophorum Ludum Puerorum Dionysium Zacharium

Rosarium

Liberij Benedicti Nucleus Sophicus.

Rosarium aliosque plures qui vnanimiter dicunt quod Calor agens in humidum generat Nigredinem et agens in siccitatem generat albedinem in qua est rubedo occultata.

Idem hoc veteres Philosophi quibusdam figuris accuratè delinearunt; vt quod a longè viderint nebulam ex oriente (forsitan haec fuit nebula quae totam irrigavit terram Genes. 2.) quae transgressa fuit et nigram reddidit terram et turbines maris ac fluminum super faciem terrae easdemque putrefieri in tenebris in putrefactione: videbant ~~orientem~~ itidem Regem terrae deorsum ruere eundemque vociferantem audiebant hisce verbis, Qui me redemerit vivet mecum in aeternum et regnabit in claritate mea super solium regale et nox occupabat omnia, nigredo.

Postea die videbant super Rege Luciferum splendentem et lumen Dici tenebras irradians; Albedo: Post, rutilum solem per Nubes variis Colorum generibus resplendentem ac omnino illuminantem; flauedo et Rubedo.

Et sic perfectè Rex gloria liberatus erat et renovatus ornatus et decoratus cuius pulchritudinem admirabatur Sol et Luna, coronatus tribus pretiosissimis coronis, prima ferrea secunda argentea tertia aurea, in dextra tenens

Nota

sceptrum cum septem stellis omnia splendore aureo illustrantibus, sinistra pomum auratum cui insidebat Columba candida, alis argento pennisque auro obductis praedita.

Sic etiam saepè repetitam imbibitionem terrae siccae cū Aqua quam nonnulli Philosophorum Cibationem Imbibitionem Exaltationem Fermentationem Sublimationem nominarunt (quae omnia idem sunt in vna operatione et nihil aliud

sunt quàm

Tibery Benedicti Nucleus Sophicus.

sunt quam ingrossati subtiliatio, subtilis ingrossatio
albedinis et rubedinis bonitatis et quantitatis augmen=
tatio) parabola quadam de nigro ad instar Aethiopis
homine declararunt, imo potius inuoluerunt quam vitandae
prolixitatis gratia apud alios repeties.

De Igne autem eiusdemque qualitatibus et
gradibus quibus artificialis haec coctio fieri debet hic
nihil commemoratur: forsitan Ignis ille est aeternus
de quo gloriantur Chymici, quo olim Judaei in altaribus
et sacrificandis victimis fuerunt vsi qui continuo et
absque intermissione arsit, quique à Propheta Jeremia
ante primam vrbis hierosolymitanae vastationem occultus
postea vero a sacerdote Esra Judaeis a Babylonis redeuntis
iterum inuentus fuit de quo Josephus refert quod fuerit
instar Aquae grossus et pinguis instar olei aut mellis
Si potes aut etiam vis hoc vti, bene est: sin minus
consule Turbam, Chrysippum fanianum, et Bernardum,
hi quid facto opus sit te docebunt.

vide autem vt ita procedas ne Agens fugetur a sub=
sequenti, atque ita fiat dissipatio seminum et impedia=
tur generatio. Tunc enim non coniungerentur Elementa
sed ab Igne euanescerent propter vim Spiritus et rei
volatilis dominantis, et operans fieret pauper propter
diuitias perditas, quas potuisset habere.

Hinc etiam originem ~~[illegible]~~ ducit Triplex vas
quo plerunque Physici fuerunt vsi: Item vetus
et caua Quercus in medio diffisa, nimirū Globulus
Quercinus Bernardi in cuius medio stabat Lapis
in quo erat fontina: quae omnia etiam ob causam
facta sunt

facta sunt ut nimius ac immoderatus solis splendor impediretur ac virilia et muliebria nostra semina absq[ue] obstaculo apud se invicem usque ad partum consistere: Separatio enim agentis et patientis facit necessario ut non fiat actio et passio, multo minus generatio.

Quod Theophrastus ulterius dicit de Hugaria Istria et Meridie sive Cypro, innuit quibus in locis aptissima huius operis materia inveniatur. Simulque uti supra dictum est liberum tibi relinquit arbitrium: Nam si cupis duas separatas substantias quae tamen in seipsis quoad genus unius eiusdemque sint naturae, prius nempe Leonem quaere in Hungaria, posterius vero nimirum Aquilam in Istria.

Sin vero per unam rem et sic de unitate binarium in trinitatem vis procedere, proficiscere in insulam Cyprum; ibi votis respondebitur. Bernardus longius processit dicitque se Materiam suam sive Clenodium depositum et libellum aureum de India attulisse. Christophorus parisien=sis inquit Si Venetijs egrediaris dextram versus vela tamdiu dirigito donec reperias Terram quandam planam et amoenam: ibi enim noster degit Mercurius.

Hinc igitur in forma seu liquida sive coagulata in dictis locis propter elegantem ipsius et rubicundum colorem est optimus ac praestantissimus: quanquam et in Germania et in aliis etiam provincijs reperiatur, uti Theophrastus alio in loco testatur, sed non in pari qualitate ac praestantia. Virtus enim eorum est dispersa et minus unita, ideo minus fortis

Nam si uteris uno, ex illo fac duo; ac postremum tria ex uno tertiū.

℞ Libavij Benedicti Nucleus Sophicus.

ex uno tertium: hisce tribus postea extrue Tabernaculum et operam da ut ternarius sacer per binarium in unitatem, omnis consummatae perfectionis authorem; reducatur.

Et sic nouum, vetere per ignem destructo ac vastato, habebis orbem; nouam urbem, nouam Hierosolymam in qua omnes lachrymae hominum abstergentur, in qua nec lamenta sunt nec dolores, cuius portae varii generis lapidibus ac gemmis preciosis et margaritis decoratae plateae et Auro purissimo constratae: et qui illam incolunt inscripti sunt libro vitae: Omnia enim sunt noua, vetera obsoleta et deleta. ut paucis cum hermete dicam habebis gloriam Mundi et totum tuum optatum.

Quod denique ad utilitatem spectat quibus nempe usibus haec praeparata Medicina inseruiat non multis opus esse verbis, cum de his satis testentur alii Libri.

Possibilitas autem primae utilitatis quantum ad humani Corporis ~~utilitatem~~ sanitatem attinet, ex supra posito fundamento medicinali facile potest animaduerti: Cum enim noster philosophicus filius Solis et Lunae toti orbi imperantium tanquam eruditissimus Astronomus omnes Planetarum totiusque firmamenti Sphaeras in coloribus suis percurrit, et praesertim ex limo terrae Adamico

Nota

qui extractus fuit et quinta omnium Creaturarum et totius orbis essentia prognatus a terra in Coelum ascenderit, de quo Coelo rursus in terram descenderit atque hac ratione omnem potentiam in Coelo et in terra omnesque vires superiorum et inferiorum sibi acquisiuerit facile iudicari potest: quod etiam omnibus Animalibus

Mineralibus

Liberij Benedicti Nucleus Sophicus.

Mineralibus et vegetabilibus Naturis dominetur, potestatemque habeat pro libitu suo in illas praesertim in hoibus, utpote Microcosmum suo influxu agendi, si quando in appropriato vehiculo spiritui hominis vitali, quasi simile, applicetur.

Quod vero ad alteram eius potentiam in Metalla, eorundemque haereditatem in regno suo spectat, opus est interdum medio quodam ut cum illis tanquam cum rebellibus inobedientibus et contumacibus agat, eosdemque ad humilitatem et devotionem reducat.

Medium istud de suo sensu indicat hic Theophrastus nimirū Aurum, cum quo Lapis hic noster amicitiam inire debet atque unionem: veram autem praxin sive operationem reticet: Non enim sufficit fermentatio et liquefactio nisi etiam liquata Materia suo tempore in vase et coctione physica coquatur. haec praxis est multis hactenus ignota qui eam ob causam Projectionem in effectum deducere nullo modo potuerunt: Etsi enim Lapis noster per se tingit tantum, tamen non efficit, ac si medium incorporationis accedat. haec est fermentatio Lapidis iuxta sententiam Theophrasti.

Alii Philosophi aliis usi sunt mediis quisque pro suo sensu ut Tanianus, Bernardus, Rogerius Bacho, Scala phorum, Clangor buccinae, Rosarius &c. quorum aliqui augmentationem per reiteratam solutionem, aliqui per fermentationem usurparunt: utere tu, utra volueris; utraque ad optatum finem te deducet. Appello autem hic fermentum, lapidem ex suis Elementis iam completum, in comparatione versus Metalla; Sicut fermentum pastae vincit pastam et ad se convertit sic et hic lapis convertit Metalla ad se, et sicut postea alteratur et convertitur ab eo quod suae naturae est et quod sumpsit originem ex eis, et non convertitur

à re extranea

Libri Benedicti Nucleus Sophicus.

à re extranea, Simili modo Metalla alterantur et conuertuntur ab eo quod suæ naturæ est et quod sumpsit originem ex eis, et non ex alia re extranea. Sicut enim fermentum massæ fit ex massa et omnem aliam massam ad se conuertit, sic et fermentum Metallorum fit ex eadem Substantia Metallorum et omnia Metalla ad se conuertit, et cum Metalla generata sint ex Mercurio et Sulphure; Ergo et fermentum generabitur ex iisdem. Et quia hoc fermentũ est forma Auri et de natura et digestione Auri; ergo et Metalla reducet ad naturam et digestionem Auri, forma autem indiuiduorum eiusdem Speciei Vnica.

Tertiam nostri Lapidis nostri vtilitatem omnes immaturas gemmas maturantis et ad summam Rubini perfectitudinem reducentis, apud alios inuenies: Ego cum sciam quod tanta homini a Deo dona ad inseruiendum ipsi per opera dilectionis potius quam ad locupletandum seipsum data sint, vt quis vtilitatem hanc sectetur aut aucupetur haud necessario existimo, nisi quis possibilitatem Naturæ et admirandã Dei sapientiam in insitis Creaturarum viribus rimari agnoscere et contemplari velit: Per hunc enim Ignem Sulphuris siue Sanguinem Leonis (quem Theophrastus alibi Ignem Philosophorum nominat) ad summam Rubini gradationem omnium gemmarum peruenire, sicut et per candidam Aquilam ex minutis et paruis vnionibus maiores conficere ac demum omnia genera philosophicos labores per modos operandi obire quos Theophrastus ab initio statim huius libelli commemorat, videlicet digerere siue putrefacere sublimare siue distillare reuerberare

siue calcinare

Libelli Benedicti Nucleus Sophicus.

Siue calcinare extrahere siue soluere coagulare vel
figere ac denique etiam fermentare potest.
Hi gradus sunt per quos ad Sapientiam et Solium Salomonis
conscendere tibi licet, a cuius dextra inuenies longaeuitatem
et vitae arborem, a sinistris autem diuitias et gloriam: finis
enim huius Artis Theophrasto teste est longaeuitas et sanitas
vitae, ac honesta in hac miseriarum valle sustentatio.

Jam sub finem totum hoc opus breuiter repeto. Accipe
Nota virum aureum, rubidam tuam et adamicam terram (haec
enim Terra est nostra illa media inter Mercurium et Metalla
et tertium illud ex iisdem principiis Mercurio et Sulphure
composita cum liquefactione sua metallica absque strepitu et
stridore penitus sicut materia minerae metallicae, obtinens
in se per digestionem naturalem omnes naturas virtutes
et proprietates ipsorum, vt ex eo possit generari vnumquodque
metallorum secundum digestionis diuersitatem, et nihil ei
deest praeter purificationem et completam digestionem) hunc
Nota rubicundum Adam colloca in lectum calidum vt obdormiscat:
sin obdormiscere renuit potum ipsi soporiferum praebe de
Aqua sua lixata quam bibere lubenter cupit.

Inter somnum, dextrum illi latus aperi vt muliercula
candida ac tenera in ipso latens egredi possit. Virgine
hac siue muliercula ad iustam aetatem deducta ac nuptui
apta eandem secundum Lothi exemplum ad Adamum in lecto
decumbentem ac prae amore aegrotantem in somnio reducito
tanquam filiam sororem et coniugem: Adam cuncta in
somnio videns quomodo videlicet cum substantia sua vxore
procedat, extemplo expergiscitur eandemque agnoscet et
tanquam carnem et ossa sua ad se in lectum recipiet:
Sic et amore sane quam mirando quo ad inuicem flagrant,
inter se commiscebuntur: Mulier Adamum vlnis suis

complectitur

92

Liberi Benedicti Nucleus Sophicus.

complectetur, Seuen ab ipso accipiet et impraegnabitur. Tunc sume virginem istam viroque dimisso tandem probe custodi per decem menses donec nativitatis tempus adimpleatur et pariet filium suum primogenitum de patris sui spiritu conceptum Iuvenem Spiritualem Adamum, virum potentem factis et miraculis qui omnes suos fratres populum et genus virgineo lacte iam cibatus et ad perfectam aetatem deductus reddebit, et a mortalibus eorum impuritatibus liberabit, et ad aeterna gaudia regnumque gloriae introducet super quo omnes Creaturae sub Coelo ~~inde inno~~ innenarrabiliter laetabuntur, ac denique totus orbis aureis viris margaritis unionibus et gemmis refertus erit.

Finis.

Recipe Caeruleum.

Liberii Benedicti Nucleus Sophicus.

Ænigma philosophicũ de Secreto Physicorum.

Recipe Cæruleum de Coelo sive Aërem cæruleum: et viride de Terra: prioris dextrum, posterioris ~~sextum~~ unam partem. Separa inde superfluum ac super ignem coque donec ista duo fiant unum: Et potieris optato.

Aliud.

Ingredior septem Coeli circulos ac sensibus meis supremum attingo, pedibus verò infimum Lunæ splendore oculos mihi obscurante corruo ac crus contringo, adminiculum mihi paro et tardè progredior: hoc, Sali meo intimo balsamus est qui sanitatem mihi reparat. Cum autem insudare incipio, iucunda et suavis quaedam Aqua ex poris meis manat instar lactis et mellis: Postea comburo adminiculum meum inque pulverem redigo: hic quando ignescit sine fumo, sena Regia Flores de se abiicit quorum tres labuntur in puteum ac tenebras causantur Mundo, donec radius lunaris iterum

Libelli Benedicti Nucleus Sophicus.

itdum perrumpat atque inclarescat. Nocte praeterita Sol splendorem suum reparat, et die Domini appropinquante Coelum totum fit igneum et Mundum inflammat, quatuor Elementa liquescunt, novumque Coelum et Terra producuntur.


In hac verborum breuitate Mundi totius Thesaurus comprehenditur ac omnium votis respondetur:

Quod si hic bonus imaginatiuus erit et bonus speculatiuus ac denique verus ac realis practicus.

Bernardus Comes ait

Studium generat cognitionem, cognitio Scientiam Scientia Experientiam Experientia vsum.

Stella huius



Stella huius Characteris Clavis est et Monarchia totius Philosophiae quâ vincula Metallorum aperiuntur: In illa enim verus Spiritus vini Philosophicus Mercurius vegetabilis sive Aqua primi Entis et Coelum aetherum Philosophorum, imo tota Animalium herbarum et Mineralium Natura latet. Stella haec Sal est Sapientum sive Mercurius

Liberij Benedicti Nucleus Sophicus.

Sive Mercurius omnia in se concludens quæ Philosophi quærunt, una Aqua hunc Mercurium conficiens dicitur Aqua fortis; altera Aqua permanens sive Aqua Regia quâ totum hoc opus et Philosophicus Lapis absolvitur, testibus Hermete et Theophrasto; qui illum, Stellâ signatam appellant et Lumen indeficiens.

Quandō itaque Sancta et æterna urbs (quæ ubique se illis etiam in locis, ubi esse non putatur) splendebit a radijs et splendore Stellæ huius, tunc Theophrastiam redivivam iterum videbimus. Istud autem non fiet quam tertia Mundi pars (hoc est illi qui cum Magis Bethlehem versus hoc est ad sempiternam Christianæ Philosophiæ id est Theophrastiæ veritatem viam suam haudquaquam dirigunt) internecioni data sit. Subintelliguntur hic illi qui Sanctæ urbis verbum non recte explicant sive intelligunt veluti sunt pecuniarum corrasores, nobiles, mercatores, Spirituales et mundani, avaritiæ et privatis emolumentis unicè dediti, qui opprimunt pauperes atque illos qui talia vaticinantur, ad ignem, aquam, rotam, ensem vel certè ad horribiles carceres ac torturas condemnant contra omnes leges Christi et omnium fidelium Patrum. Hinc etiam impletur Sententia quæ extat Syrac 10 quod omnis Magistratus brevis sit vita, quodque firmamentum hoc una cum Clementia crux sit istiusmodi Tortorum. Amen.

Præparatio Tincturæ

Secundus Tractatus De Lapide Philosophico.

Præparatio Tincturæ dupliciter intelligenda est, vel ut Aurum in seipso tingatur, vel ut ad illud per alias res reducatur.

Tingere in seipso sic intelligas Aurum ut in proprio suo liquore digeratur anatometur purgetur et coniungatur.

Quod si in regeneratione illud accesserit, ipsa multiplicata est in virtute et gradibus, sicque multò altius ascendit quàm antea fuit.

Per alias verò tingere nimis arduum ac difficile est: siquidem semper in secreto fuit. hæ tincturæ sunt multiplices et omnes ex uno procedunt ~~fundamento~~ fundamento puta e primà materià scilicet Aquà, verum materiæ sunt multæ.

De hac Tinctura in præsentiarum agamus quæ sic est.

Primum sub manus sumo Animam hæc est illuminatio totius Corporis, siquidem Corpori restituit vitam.

hæc verò Anima ex perfectione sumenda et in seipsa multiplicanda est, hoc est Animam istam postquam e re perfectissima extracta est, in volatilitatem adducenda.

Causa est quia primo in gradu illa multiplicatur et augmentatur, deinde penetrabilis est: quamdiu enim fixa est spirituale nostrum Corpus penetrare haud potest quia Corpus per fores clausas ingredi posse non possibile est: Tum si fixa maneret nulla quoque Corporis et Animæ separatio fieret, Corpus enim fugeret ab Anima et neutrum alterum servare posset: igitur necessario

sequeretur

Libri Benedicti Nucleus Sophicus.

Sequitur ut Animam cum Corpore similiter separes inque volatilitatem afferas:
Spiritus est hic qui in temperamento suo consistit ac sese cum Anima et Corpore accommodat, atque cum Spiritu et Corpore sese Anima coniungit.
Spiritus hic sua natura est ut Medium sit inter Animam et Corpus, idcirco praeditus est complexione omnium rerum: Si frigidis coniungitur rebus infrigidatur, quod si calidis calescit, et sic deinceps: Per seipsum vero non modo Spiritus est et sed et vera quinta Essentia: quia in eo et cum eo per minima unitum est spirituale suum Corpus inseparabile olfactu suavi, spiritualis et invisibilis naturae, adeoque potens ut omnia multo vehementius devastet penetret et comburat quam Ignis vulgaris imo nullum Elementum perficere queat.
Spiritus hic is est qui Animam non solum verum etiam Corpus praeparat: Is Animam reducit in Corpus; et quia in se Spiritum Corporis et Essentiam Animae habet, cognatus cum illis est ita ut ex medio suo Coniunctio fiat Corporis et Animae. Is, Corpus praeparat clarificat purgat et aptum reddit ad concipiendam Animam: Spiritus enim sedes est Animae, tota sua est nutrix, in tota Anima inclusa continetur deque potentia in actum fertur.
Postremo nisi Spiritum istum haberemus nullum inveniremedium possemus, ullam coniunctionem Animae et Corporis efficere: verum quidem istud est sine quo non solum in numero sed et in genere nihil fit; quod tu notandum tibi accurate teneas.
Jam nitentionem Corporis faciamus quod atque purum clarificatum spirituale ac lucidum reddi oportet atque

aliorum

aliorum quidpiam in natura sua: Si consideretur secundum genus suum Corpus non est sed quinta Essentia vel Anima. Quare vero a nobis appelletur Corpus causa est quod coagulet sese, et suum effectum per se praestare non solum possit nisi cum Anima illuminetur perque Spiritum praeparetur: per seipsum mortuum est, viribus destruitur; de se dare, licet tingetur, nihil potest quam Tincturam solum, constans vero non est, et enim per verbum tingit sed non transmutat. Igitur illud primo vitam ab Anima capere oportet.
hic virtutes coniunguntur et simul incipiunt sicut Ignis qui aliud accendit; ut Anima est ignis vivus, Corpus etiam est Ignis, sed mortuus: quamprimum vero accendit Anima ardere incipit et Ignis fit major quam antea fuerit Animae Ignis.
Ex qua re hoc Corpus eligendum sit diversae sunt opiniones, cardo tamen omnia in illo vertitur quod subtilissime praeparatum in regenerationem venit et vel communicationem cum Spiritu vel cum Anima habet.
Nos autem in hac Theoria Corporis alicuius facturi mentionem sumus, quod aurum non cognatum et tamen illius Spiritus cum Auri Spiritu etiam communionem quaerat.
Corpus hoc originem sumit ex Mineralibus, et Mineralium est vita vis et Anima, quoad visum album, et valde penetrabilis acrisque naturae; corrosivum et mortuum, praeparatum vero rubrum uti Sanguis, suavis Malvaticum, et vita omnium Metallorum, extus aqua est intus vero liquor; iste sumitur ex Animâ e Corpore extractâ puta Quintâ Essentiâ Mineralium, per Spiritum clarificatur et internum foras prolicitur: et quamquam haec Anima vim habeat ut Corpus suum resuscitet, sicut mihi dedit, nolo tamen Corpus eius;

sed hanc

Liber Benedicti Nucleus Sophicus.

Sed hanc Animam idem Corpus ipsius esse intelligite: unde etenim, quia Anima Corpus sit, coniunctionem hanc efficaciorem fieri oportet quam cum Corpus suum sumitur. -

Spiritus autem reducit Animam in Corpus visibile quia per hoc medium Spiritus concepit ab hac Anima suum Spiritum deinde similimode cum eo communicatum.

hic Spiritus medium est et centrum in diametro inter Spiritum et ~~[illegible]~~ Corpus nostrum et hanc Animam quae a nobis pro Corpore habetur.

hic Spiritus quia mineralis, medium est inter Spiritum et Animam Solis: Causa, quoniam Aurum quoque minerale est.

hic vides inter Corpus, Spiritum, et Animam concordantiam, et quod haud possibile est unum cum altero sine medio coniungere. Quod si haec quinta Essentia Essentificata quam Animam Corpus et Spiritum vocamus praeparata et purgata fuerit, omnia tria ad summum suum [illegible] perveniunt; quia volatilia facta fuerunt omnia tria; dein ceu Corpus quod licet minimum, liquor Spiritus aqua, fixata sunt.

Anima vero quia oleum est, tunc coniungitur scilicet Corpus cum Anima per Spiritum (ille etenim non modo communionem cum Anima et Corpore habet ob mineralem naturam; sed quia Aqua, medium est etiam inter Aquam et liquorem; liquor vero, medium inter oleum et Aquam est; et sic per consequens inseparabilis ibi communio adest) iam sequitur ut isthaec in fixationem ponantur, et Spiritus per balneum extrahatur usque dum coaguletur purusque factus sit liquor: Causa distillationis huius fit simili ratione ac cum semen in terram proiectum est, natura mandetur ut istud primo revertet pluvia aliqua

terramque

terramque humidam reddat, quo semen deinde quaerat, tum hoc rursus exsiccat Sol ut ipsi paribus Spiritus et vita infundatur, et per hanc cohobationem generatio extrahitur: Sic quoque penetrat noster Spiritus, qui instar Aquae est, animam cum corpore: ut se per minima invicem coniungant.

Nisi enim haec Cohobatio fieret, vera etiam et perfecta coniunctio fieri non posset; quia licet confunderentur, quodvis tamen maneret sine operatione, neque commisceret sese, atque ita Anima non corporalis, non corpus Spirituale fieret: quam primum vero cohobatio haec perficitur videbis etiam granum in terra mori putrescere reviviscere ac fructus milleros producere.

Quamobrem comparabimus omnia genera Tincturae quae reperta sunt possibiles. Primo in putrefactione nigredo est, deinde cauda Pavonis; id est quam primum semen granum in primam Materiam contulit, nigrescit: et hic Clavis totius est Artis. ut in vere virent varijs coloribus flores inde venit Aestas et humiditatem vincit ac ex Materia operatur massam, hoc est fit Corpus, fit id vel Pyrus vel Malum, tamen immaturum album et adhuc crudum:

Sic et nostra Materia post florum occasionem convertitur in album corpus, hoc tingit ad album et pari ratione Corpus hoc, medium inter perfectionem et imperfectionem: Ita haec alba tinctura vel quodvis Argentum, medium inter imperfecta Metalla et Aurum est.

Quando Sol transcendit in Leonem ac ferventissimus est, fructum maturans in ultimum suum finem reducit hoc est Pyro suum Malo itidem verum suum inducit colorem eademque sui apta reddit: Sic etiam per fortem porro

philosophicum

Libellus Benedicti Nucleus Sophicus.

philosophicum vero nostrum granum ad ultimũ finem
suum hoc est ad naturalem suum ducitur colorem, qui
potestatem habet sanam addendi complexionem et per Autumnũ
segetem terræ impartiendi eaque largiendi quæ a longo
tempore magno desiderio expectata sunt.
Vaccæ, Oves, omniaque Animantia quæ floribus ac
herbis pascuntur, saltem uti demonstrabile est à spiritu
herbarum nutriuntur: Corpus vero in quo primum
vera vis est fugit, spiritus per digestionem stomachi
extrahitur et a corpore separatur.
hic spiritus a stomacho postea in omnia membra dispergitur
at Corpus in quo duæ adhuc Animæ unà cum vero ~~cum~~ Cor=
pore quod prædominatum est ante lapsum Adæ ac
maledictionem per anum iterum secedit: stomachus
enim ita potens non est neque Archæus ipsius adeo
validus ut summam hanc separationem superet, terramq;
damnatam a spirituali ~~vita~~ terra separare queat:
Ex his vero excrementis in separatione peritus quispiã
perfectam separationem facere, purum ab impuro separare
omniumque herbarum istarum et radicum vim atque
potentiam adipisci potest, quæ alias per viam particularẽ
nactu sunt impossibilia atque hoc perficere, quod spiritus
vix in centesima parte potest.
Cum igitur excrementa isthæc in terram iterum projiciuntur,
(his etenim colonus agrum pinguefacere solet, ut frumentũ
inseratur) moritur granum sive semen in terra et Corpora
isthæc herbarum ad se attrahit, eademque suam in naturã
transmutat ut fiat frumentum atque ita sic forma; hæc
vero Corpora sunt materia: sic fit multiplicatio.

Nam granum

Nam granum cum suo corpore sese multiplicat in gradu et virtute projectionem suam operans in mortua corpora herbarum, ducitque ita de potentia in actum, et sic augmentatio grani intelligitur. Eadem ratio et conditio est hominis, Spiritus hominis praebet gustum, et cibus his quibus vescitur conservat eum: Archaeus vero illius debilior est quam ut subtilissimam nutrimenti partem separare possit; optimum per excrementa transit: At nisi Deus opt. Max. per immensam suam clementiam nobis exhibuisset gratiam ut Spiritus ita prope viam, atque adeo notus esset atque in circumferentia staret non solum nullum haberemus nutrimentum sed nullos diu curare morbos possemus.

Quid putas igitur quod Spiritus hic efficere possit si separetur ipsique Anima et Corpus addatur cumque illo uniatur et in generationem veniat? incredibilia certe efficerentur. Terra enim, Aes vel Corpus uti dictum est adeo potens est ut vere separatum sicut Aqua salis, exempli loco Libra Aquae in se habeat duas uncias salis negare non possumus quin scrupulus plus saliat quam Aqua pura quatuor cochlearia: Ita corpus etiam quod exacuatum est. Si vero in artificialem separationem veniret hic videres quid valeret puto per artificialem praeparationem. Falso etenim referunt omnes Alchymistae et Artifices quod unquam Spiritum viderint: oculi nostri nimium terrestres sunt tenebrosi et obscuri quam ut possint videre Spiritum: Corpus namque aliud non habet nisi mutum illud, vel si habeat tale quale est vox humana quam videre nemo potest attamen auditur, et ita potens

est ut alius

Libellus Benedicti Nucleus Sophicus.

est vt alijs quoque Spiritibus et creaturis mandare possit.

Dices forsitan Spiritum vini verum esse Spiritum: Ego vero nego: Etiamsi vinum millies millesies rectificares non tamen est Spiritus sed Corpus.

Vinum etenim liceat purificatum subtilissimè sit vix tamen ac ne vix quidem a librâ vini adusti recipis drachmam Spiritus reliquum merum phlegma est et Aqua: Quomodo vero Spiritus hic capiatur dicere hic necesse haud est, scias tu illius corpus eum servare oportere, in illo cognoscis eum et alias nullibi, vim eius quidem percipis verum illum non vides. hoc vero Corpus non Corpus vini sed Tartarus est, sed in illo primum comprehenditur, ac triplici praeparatione extrahendus est. Ignotum tibi non est Similia similibus gaudere, idcirco opinaris etiam corpus sed non commune aliquod Corpus esse oportere: Nam Spiritus alius manere ibi non posset nec esse cum illo permisceri.

Sic notandum quod et Corpus esse oporteat Spiritui simile videlicet potentialiter corporaliter et quatenus Spiritus Corpus habeat, eatenus etiam Corpus habere Spiritum oportet; alias enim inter se convenire non possunt: verum quamprimum Spiritus in Corpus intrat suam exuit tunicam combustibilem eandemque abscondit in Corpus; quod etiam, impuritatem suam quae corruptibilis est, abijcit; et apparet purum absque macula: Et sic facta est separatio vera, nempe vltima sicut tertia.

Et sanè quam arduum et ponderosum hoc sit fateri necessario cogeris, quod impossibile ~~est~~ cunctis Elementis et nullo, immo nulla Creatura illa facere potest separationem

quae hic fit

quae hic sit, nempe tres principales Separationes vt verus Spiritus non percipiatur neque inueniatur nisi tres seuae tunicas quarum vna nigra foetida terrena; altera alba aquea; tertia vero aerea et combustibilis. Sic Corpus etiam tres tunicas seu vere necesse est Salis nigrum et rudum pictum Corpus; Salsum album corpus; et rursus nigrum impurum obscurum Corpus.
hae Separationes fiunt cum Aqua et Igne naturaliter et artificialiter vt scis: ita cognoscas quomodo Spiritus et quid Corpus sit: Et videndum hic quam grauiter Deus maledixisse Terram, et quam profunde abscondita sint summae illae virtutes; vt etiam omnia ea quae vsurpamus paruum quiddam sint, respectu ipsius in illo adhuc occultum, quod abijcimus: quod aliter non intelligendum quam sicuti vestis quae apud Aromata iacet, et quicquid ab illis sumit huic tamen non est simile a quo sumitur odor: Ita nos etiam saltem odorem sumimus veram materiam proijcimus vnde promanat origo.
Iam sequitur tertium, nempe Anima: quae beneficio alterius Spiritus qui combustibilis est Corpori vniri debet. Inutile enim vt alias Corpus est cum careat Anima: sic et hoc Corpus nihil prodest nisi Anima praeditum sit.
hac Anima eodem modo, vt antea de Spiritu et Corpore dictum fuit, per triplicem acquiritur Separationem et ex eo in quo occultatur separatur: haec vera est forma quae perpetua aliqua claritate Corpus atque vt Animam clarificat. Sicuti enim prius infans in vtero Matris formatur et in lucem editur et tunc demum suam vitam habet: Ita hic etiam Corpus omnino praeparari necesse est et ad summum vniri cum Anima, ipsique primum infundi, e qua sibi vita oritur, et in elegantem ac

rubicundum

rubicundum colorem euadit qui antea tamen mortuus ac pallidus fuit.

Ita Sol vtpote forma in terram mortuam progreditur quae per hyemem quasi mortua et ab Aquis suffocata est et deperdita: at post illam in vere a Colono oblimata et postea viua sua Anima seminata fuit, iam inquam Sol ascendit nempe Calor naturalis ducens ad perfectionem atque ita Sol externus adiuuat internum scilicet Animae ac naturalis caloris, vsque dum ad perfectionem venerit.

Infans in vtero Matris licet Corpus formatum fuerit et post illud Animam acceperit non tamen a Natura expellitur sed tempus expectare cogitur donec vires sufficientes accipiat, quo Aerem et Spiritus vel qualitates Elementorum huius mundi perferre queat: Sic etiam cum nostrum Corpus suam acceperit Animam non tamen rite eo deducta est vt plenum et omnibus numeris absolutū sit, sed in Materia tandiu remanebit vsque ~~ad~~ quo terminū sibi ordinatum sit assecutum et absoluerit: tum apparebit id ~~et~~ quod antea non fuit quo non Metalla solum quae alias parui aestimanda verum etiam homines tinguntur, et ita a Morbis non modo securi sint sed etiam ab omnibus noxiis Cibis abstineant, eorumque naturam eo deducant vt coelestis potius quam terrestris censenda sit.

Eiusmodi enim Medicina contra sitim et Furiem efficax est et ab omni Corporis impuritate securos esse facit: nec cogitare quis debet quid excrementitiis oneretur sed omnium illorum expers sit futurus.

Spiritus autem Animam secum fert, ipse sedes Animae est, Animam ducit in stomachum suum, ipse ventus est:

et tamen

et tamen Anima in Spiritu videtur, radij ipsius igni cognoscuntur, etiamsi non modo Spiritus adsit verum etiã Corpus sit praesens. Ita Anima lucet per Spiritum splendetque illius Corpus ubi lumen aliquod per lucernam suum dat splendorem et habitati.

Sic Anima ab uno in Corpus ducitur, haec calefacit iterũ Corpus quod per hyemem quasi demortuum fuerat: Spiritus vero apud Animam remanet suam exuit tunicam candidamq abijcit, et gaudet quod adeo bene praeparatum induerit Corpus: Et Anima quae par illi est ob praeparationem non autem ob virtutem, hoc in aeternum possidere debet.

Sciendum est unumquodque sui simile separare et nil aliud. Primo Aqua Terra circumducitur: inde porro Terra isthaec separat Aquam et Aerem: et hic Aer simul et uno labore Ignem ab Aqua ita ut duo respondeantur Elementa Aer et Ignis: Terra et Aqua etiam una sunt.

Sequitur iam tertio quod Aer ab Igne separet verum suũ Aerem Ignem et Terram: Ignis vero separat etiã ab Aere verum Aerem. Et sic ab Aqua et Aere cuncta Elementa induuntur pura et per illorum media ad summum redu=cuntur: medium vero est inuisibilis Anima et vita.

Corpus est quod Spiritum cum seipso conuincit, quod Spiritus corporaliter per halitum suum retinet illumque in eo coa=gulet ut nulla deinde separatio existere valeat et possit: unde regeneratio ac perpetuitas oritur.

Iam quaeri posset num unumquodlibet ad plus quam perfectionem adduci possit? Respondetur, utique omnia quae ~~videntur~~ videmus et habemus, quae corporalia sunt et spiritualia.

At licet discrimen sit in Aurum et herbam, tamen herba

in prima

in prima praeparatione eo deducitur ut constantia Auri extrahat Auroque nullo modo cedat: Inde porro per aliam separationem eo deducitur ut in tertia ad plusquam perfectionem procedat: et sic ut miranda sit praeparatio Auri et herbae, properans ad unum tempus.

Quia namque Aurum per subtilem praeparationem recluditur et redigitur ut in primam Materiam possit reduci, atque ad solutionem adduci eodem tempore herbam quamque praeparare eo fit potest quo ad perfectionem redeat, inque tali labore simul quoque recludatur: quae reclusio nihil aliud est nec aliter fit quam sicuti Agricola trituret frumentum atque in Agrum serit, quo illud Ager convincere possit.

Ita hoc etiam Corpus frumento simile reddi oportet quo facto Corpus moritur evanescitque Spiritus cum Anima: Corpus iacet uti mortuum seu Cadaver absque omni vi ac potentia, hoc in nihilum reduci debet; Reliqua Elementa utpote pinguis et aquosus humor inde separari ac demum (qualiter et Deus in novissimo die aget) et per Ignem purgari debent.

Jam sequitur quartum ut Anima in Spiritum et per Spiritum iterum in Corpus transeat ut sese iterum ~~in~~ ~~Corpore[illegible]~~ moveat et sensibile fiat corpus.

Tunc resurrectio mortuorum adest qui postea aeterno splendore ac claritate circumducuntur et perpetuo manebunt spirituale Corpus, in ipso tum vivit Spiritus comprehensibiliter spiritualiter tanquam qui per clausas fores iturus operationem ac vim suam perfecturus sit.

Christus salvator noster longe meritissimus ante suam passionem et mortem numquam per clausas fores ingressus est,

Libri Benedicti Nucleus Sophicus.

est, alias non natura humana terminos excessisset
At post resurrectionem tanquam Spiritus apparuit.
Nostra Tinctura (ut dictum) et perfectionem suam sumere originem debent: hoc est Christus purus et verus homo est qui fuit in Terra, hic morte sua acerbissima et passione crudelissima vitam nobis aeternam meruit per quam hanc passionem ad claritatem perpetuam scilicet secundum humanam naturam ductus est, adque Dei Patris sui coelestis dextram collocatus: unde postea Spiritus Sanctus emissus nos imperfectos homines tingit, et hic nos spiritualiter in novos homines mutat: qui demum post mortem atque resurrectionem suam ad aeternam gloriam deducimus, erimusque novum ac regeneratum Corpus.

Sic et ego dico quando perfectum Corpus per suam passionem et mortem in aeternitatem ducitur ut resurgat id ducit omnia imperfecta Corpora ad perfectionem et paria sibi reddit, sicut atque regenerationem fuit: hoc iam quoque si via regeneratur in quo vitam ducitur aeternam. Et ex inde aliquid amplius quam naturalia intelligi et partim in theologiam introduci possunt.

In toto Opere requiritur Solutio per hanc etenim Corpus reducitur in primam Materiam: unde iam multiplicata provenit figura. Haec Solutio multiplex est ac varia.

Primo sequi calcinationem oportet: Calcinando enim Materia nostra solvitur: atque in se, sicut Aes, omnia genera Metalla continet, et qua porro mediante Igne Corpus metallicum producitur: haec est prima Solutio quae Metalla a montibus separat.

Sequitur iam ut figatur et a corruptilibus Metallis scilicet imperfectis separetur

imperfectis separetur, idque per fulminationem: Et hac est secunda operatio sive Calcinatio.

Tertio et ultimò Metallum hoc quod fulminationem sustinuit per Aquam separatur et dividitur; ut sic Aurum et Argentum a se invicem disiuncta sint, Aurum per se et Argentum per se: Et ita facta est Solutio per se tertia et unumquodque ad suam purissimam deductū est sedem ut videas etiam quomodo et qua ratione Natura unumquodque Metallum praepararit: Sic eodem modo nostrum postulat Opus ut primo Aer nostrum calcinetur deinde per Solutionem rectificetur, illud iam iterū calcinetur ac separetur.

Hac vero separatio artificialiter fit sua ipsius Aqua, proprioq[ue] sudore, talia figuram reddente: Etenim hic sudor Aqua est At in ipso est Aer. Sic in hoc potentiali Corpore Terra est, in ea Ignis: Quod si iam Aer et Aqua commiscentur aperit Aqua siccitatem Terrae quae rimas accipit, et a Sole in Julio et Augusto combusta et planè calida facta est, eam liquefacit et humectat: Ibi profluvium incipit fitque Terra nigra foetida et sordida. Aer vero cor hominis ascendit extrahens summam vim Animam et vitam: et est Aer hic sedes et locus Animae. Quo facto Anima separat se a Corpore, Ignis a Terra, quae numquam separari potuerunt: simul etiam separat se Aqua ab Aere, ut ita Aer et Anima Aer et Ignis super Terra positus sit, quae Aqua obvoluta; cumque ipsa unitatem adepta est: Iam videmus Solem rubicundo et Arcam Noe Aqua insidere; in Aqua conclusa sunt omnia dona, vires ac virtutes totius Mundi.

Ita philosophicum Aurum et Aer producitur et ad initium Artificium proponitur.

Hinc sequitur

hinc sequitur alter labor hoc est ut seminatum fru=mentum quod in Agro projectum in illo per Artis gradū moriatur, in quo mirabilia cognosces. videbis enim quomodo Microcosmus Artis cum Morte conflictitur, quomodo ab ipsa impugnetur, quantis quamq̄ insitatis Morbis inficiatur, quod ex colore ipsius animaduerti potest; donec tandem moriatur ac Spiritus et Anima separentur: quod cum sit formosum ac elegans Corpus sordido ac foetido Cadaveri simile fuit, nigrum deforme absque vi et virtute:
hoc omnino putrescere atque in nihilum reduci oportet sicut homo emortuus cuius Corpus saltem adest, in se adhuc comprehendit Elementa unde ab initio factus est haec a se inuicem separari debent. Causa, quia semen quod in ipso occlusum est et nouam generationem facit, seri non potest; multo minus vires suas exserere.
haec autem separatio unde proficiscitur? Ex terra Corpus desumptum est, et in terram reducitur.

Si Naturam

Liber Benedicti Nuclius Sophicus.

Theorica Lapidis Philosophici
de Praeparatione Corporis nostri.

Si naturam sequamur sciendum primo est nullam fieri posse generationem nisi praecesserit Corruptio: Illa autem est ut forma alicuius rei dissipetur et alteri infigatur: Id quod per nullum aliud medium fieri potest quam per reductionem in primam Materiam. Notum autem est quod omnia quae sub globo Lunae reperiuntur in istud possint reduci unde orta sunt: exempli gratia Glacies fuit Aqua ergo in Aquam iterum verti potest. Sic et unumquodque quod alterare volumus in id antea reducamus unde suam traxit originem.

Quod vero generationem isthanc causatur aliud nihil est quam Separatio puri ab impuro et abolitio humiditatis terrestrisque impuritatis; quae impedit quo minus unumquodlibet, effectum exhibere suum possit, sicuti alias si esset purum.

Verum ad istam Separationis ac purificationis praeparationem Corpus est mortificandum lavandum et vivificandum: id quod sic se habet. Unaquaque res in se habet vitam; vita autem est Anima: Quod si iam Animam sumere poteris et reddere, viceris. Iam sequitur altera quaestio Quomodo quaque ratione Anima sumatur? Respondetur, per hoc quod ipsi gratum nec Corpori adversarium est; hoc est per Spiritum. Is Animam sumit, et sedes aqua Animae est; at Corpus Animae sedes est; ~~[illegible]~~ Corporique id circo haud possibile est Animam sine Spiritu capi posse. Mirum autem est quod quamprimum Spiritus est in Corpore suo ad Corpus in quod Anima infunditur tunc fit visibilis Separatio videlicet Spiritus sponte separat se a Corpore suo, ut et Anima sese a corpore separat et unit se Spiritus cum Anima; Corpus vero scilicet et Anima cum Corpore Spiritus: at Animam absque Spiritus medio separari posse

Libelli Benedicti Nucleus Sophicus.

posse impossibile est. Non frustra igitur dicitur quod et Ignis, et contra vulgi sicut Aqua ad ~~Ignem~~ Ignem aestimandus est.

hac Separatione iam facta Spiritus adeo potens fit ut Animam iterum in Purgatorium ferat, ducat eam in Summam Regionem Coeli et illi omnes thesauros Mundi ostendat; verum mortuum Corpus nigrum est ut Corvus: hoc ad albedinem tingendum est quo cum Dominus videat omnia parata sunt.

Quod si iam Corpus induatur purum, sic uti Spiritus Animam suo Corpori iterum affert et sese cum illo unit; tunc cognoscit ~~[illegible]~~ mortuum Corpus Spiritum cum Anima magno desiderio ad se recepturum, Spiritumque cum Anima in Corpore mansurum et uniturum, ut inde nihil sit separandum.

verumtamen haec Separatio sic intelligi debet ut Spiritus omnimodo ipsius Corpus fiat, sicut communis Aqua; Et tunc omnino Terra communis sese etiam inde separabit, quae alias in hoc Mundo nullo medio alio separari potest. Et sane hoc mirandum valde est quod Spiritus primo Animam a Corpore separat, et iam separat dein Terram damnatam a Corpore; eodem plane modo quo primum Terra Spiritum a phlegmate vel Corpore suo separavit; et tunc per hoc alterum Corpus reliqua etiam phlegmata a Spiritu separantur. hic in hoc opere quatuor intelliguntur praeparationes duae quas spiritus infert Corpori, et duae quas Spiritus Corporis infert Animae.

Iam Anima (ut parabolice loquamur) prout gaudia laetitiamque percepit in Summis Regionibus Coeli: sic ea quoque Corpori annuntiare vult: ducit igitur Corpus cum Spiritu et Spiritus Animam cum Corpore et Terra damnata eamque ducit ad Summos Montes in quo Regione Lunae albissimo colore rutilantis.

haec vera est Terra foliata prima Materia verumque Corpus quo effici haec omnia possunt: de quibus omnibus in libris dictum est.

Libellus Benedicti Nucleus Sophicus.

Per hunc processum poteris extrahere Animam Metallorum atque exinde Oleum ac super Alembicum deducere, Sulphur naturae ~~separare~~ praeparare, verum Aurum potabile facere, in Summa omnia facere ad Animi tui optata.

Sympathia inter Spiritum et Animam haec est. sic Experientia habeo impossibile plane esse Spiritum cum Corpore coniungere absque Anima: Post enim quam Corpus purum fuerit et ab impuritate sua separatum, album sicuti Nix et oleum subtile factum est, huic Spiritum effudi Corpus autem illico pingue vti oleum factum in quo fundo remansit, Spiritus vero instar Aquae superne stetit.

Idcirco vero Hermes: Anima inquit Medium est ad coniungendum Spiritum cum Corpore.

Quaestio iam incidit quod si Spiritus Corpus non apprehendat quomodo ergo accipiet Animam? Respondetur, Sciat quod si Spiritus adhuc Corpus in se habeat, humidum istthoc Corpus apprehendit siccum, aperitque omnes fores et fenestras Tunc Spiritus ingreditur assumens Animam illamque educens secum a Corpore suo; atque ac ipse Animam a Corpore suo separans: quapropter Corpus, Spiritus medium est per quod Spiritus in Animam Corpus ingreditur, ~~Aniam~~ Animam ad se ducens: Atque ita Spiritus est sedes et quasi sella Animae; vbi Anima prius invisibilis in Corpore fuerit exhibet etiam sese visibilem et potentem: Corpus vero quod antea album et splendidum fuit iam emortuum et luto simile est.

Pari ratione vti antea Spiritus, Corpus contempsit illudque non voluit apprehendere; sic et contemnit Anima alias omnes humiditates et permiscet se cum Spiritu solum. Et siquis obiicere vellet antea communem Aquam id etiam soluisse, affirmo ita quidem esse: verum Anima

sic cum Corpore

Liberii Benedicti Nucleus Sophicus.

Sic cum Corpore unitas est ut Corpus sequatur: Simili ratione nostra quoque Anima facere cogitur quod Corpus vult. At quamprimum Anima ab hoc per Spiritum solvitur tunc Corpus Animam nec amplius Animam, Corpus sequi oportet. Causa, quia primo Corpus Animam retinuit ut spirituali sua vi sese exhibuerit, et quia mortuum ac terrestre fuerit, tum cum Anima in Corpus iterum redditur, Corpus Animam sequi necesse est et cum illa in Coelum ascendere fierique Spirituale: Quod nobis sane sufficiens exemplum nostrae resurrectionis, qua ratione illa fieri debeat.

Hoc Corpus deinde est adeo nobile ut postea nullo terrestri permisceri se sinat, quod egomet hisce meis oculis vidi: Nullam etenim communem Aquam amplius apprehendit sed contemnit illam, cum Spiritu suo vero quaerit communionem unitus sese cum illo.

Quamobrem qui Corpus occidere resuscitare ac eo ducere potest ut sua natura genus omniaque terrestria vilipendat, vicerit. Mirum mihi fuit quod quamprimum Spiritus et Anima se invicem amplexata sunt unumquodque veste sua exutum fuit, et nudum per se ipsum stabit propter nimium quod erga Corpus habebat desiderium.

Vix enim possibile est duobus hisce Spiritibus aliter auferre, Corpus suum quam hoc medio. Spiritus namque Animam cupit nudam habere, exuit ipsi proinde togam quae exterius est alba scilicet per reverberationem, interius vero nigra seu nigredine obducta, scilicet post ~~[illegible]~~ examina=tionem Corporis Animae.

Anima vero quae cum huiusmodi Spiritu commisceri gestit qui tot regiones peragravit, Coelumque tam saepe transcendit albam quoque ipsi togam (quae est phlegma) detrahit, suamque adjicit.

Libery Benedicti Nucleus Sophicus.

suamque adjicit: Tunc una in altum scandunt super vestes suas ac amore alterno fruuntur, osculantur sese invicem atque amplexantur.

Anima vero amore satiata et a Spiritu de omnibus supernae Regionis arcanis certior reddita, tandem oculis lustrare gestit: Spiritus itaque Animam utpote fidis=simam suam amicam ulnis fortiter ardenterque prehensam corpore suo circumdat, tandemque auxilio spiritualis suae ~~substantiae~~ potentiae in omnes totius Orbis angulos defert et universos Coeli ac Terrae situs demonstrat.

Interea dum loca haec peragravit, filii hominum veniunt et sordida haec vestimenta reperiunt, Corpus nimirum Spiritus ac Animae; eademque laverunt probe atque desiccarunt: viderunt autem illa vita carentia per diem Calori Solis, per noctem vero frigori Lunae expo=suerunt.

Anima interim miracula divina conspiciens, veteris amicitiae, quam a iuventute cum Corporibus coluit, meminit; precibus tantum impetravit ut una cum Spiritu Corpori iungeretur: Qui ambo scilicet Spiritus et Anima omnia ac singula Corpori referen=tes cum summa laetitia nuntiarant: ita ut Corpus desiderio exarserit eadem videndi, ac precibus ab Anima ad Spiritum factis, per motus Spiritus Corpori eadem commonstravit quae viderat Anima.

Spiritus vero Corporis naturam non expertus eiusdemque communionis ignarus, opus istud subire aut ad finem vel effectum deducere haudquaquam voluit nec potuit.

Anima igitur Spiritui proprietates Corporis indicavit:

et ne ab

Libelli Benedicti Nucleus Sophicus.

et ne ab vtraque parte denuo lis aliqua oriretur, Corpusque infidelitatis a Spiritu sibi exhibitae cum Animam ab illo separavit, idemque (scilicet Corpus) exanime in probro ac dedecore iacens reliquit, memoriam sibi refricaret; mediatricem sese in medium prostituit atque offert, vt Corpus deleta inimicitia cum Spiritu amicitiam iniret, atque hac ratione inter Corpus Spiritum et Animam propinquior familiaritas coalesceret.

Postquam vero Spiritus et Anima Corpus sibi simile ac dignitate par fecerunt: ecce (rem sane miram) Spiritus in oriente considens ambo illa captivavit. Spiritus ille adeo potens vt auxiliante Sole omnia in Coelo ac Terra superet. Qui videns praefatu Corpus ad tantum supereminentiae atque authoritatis culmen pervenisse Ambassatorem ablegavit Corpori consanguinitate iunctum, vt eidem (Corpori) iniungeret ne in posterum tanto fastu atque arrogantia, quanto intumescere apparebat vteretur, sed ad eundem locum ~~vnde~~ vnde prodierat rediret.

Corpus vero arctè cum Spiritu mediante Animae auxilio iunctum ad occursum strenuè se armavit: quo facto Spiritus potestate sua indutus tam fortiter cum illo conflixit, vt Corpus captivum a Spiritu lethali ictu sauciaretur totumque sanguinolentum redderetur. Corpus hoc, potens Spiritus ad quendam ex Cognatis suis in Terram, ablegavit; vt illud captivum detineret.

Illo vero prudenti suo consilio ac ope praefati Ambassatoris sempiternam inter illa pepigit Amicitiam, tantoque foedere

inter se

118

Libeum Benedicti Nucleus Sophicus.

inter se constrinxit ut numquam separari aut divelli possint.
Quibus ita factis in lucem prodierunt ac potestate sua Coelum ac Terram spiritualiter et corporaliter domarunt.
Hic ergo inter se dominantur et regnant in perpetuum nullaque inter illa est lis aut discordia: sed quod unũ vult, vult et alterum. Opes et facultates illorum sunt communes ac pares: alium superant sive vincunt verbis, alium operibus.

Soli sit gloria Christo
unum tria, Tria unum.

67 119

De Conditionibus

vini

a Raymundo Lullio

Liber Claudini [illegible]

[illegible] se confirmat [illegible] separari [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] spiritualibus & corporalibus [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Vobis sit gloria Christe

[illegible]

121
68

De Conditionibus
vini.
à Raymundo Lullio.

Raymundus Lullius
Eduardo Regi

De conditionibus
Vini
vnde Aqua ardens
pro
Quinta essentia
fabricanda et extrahenda
est.

Rex Illustrissime Vinum ex quo Aqua nostra coelestis Ardens, Spiritus diuinus ac sublimis confici debet, dotibus ita ornatum esse oportet vt purum sit vetus, scilicet anniculum; non autem vetustissimum:

Regina vero

Raymundi Lullii De conditionibus vini

Retinas vero vinum nullo modo accipias
Dico insuper quia debet esse suave, odoriferum
gustui delectabile, dulce, clarum, sive ad dul-
cedinem aliquam declinans.
Aquam enim ardentem ex huiusmodi Materia
meliorem habebis perfecte.
Item depuratum sit vinum hoc anniculum,
purum, dirum, merum et non sophisticatum,
Potentissimum et etiam debet esse ut ab eo
potentiores digni oresque effectus procedant
quibus inducitur caeterorum paritate servata.
Nigrum etiam sit quoniam abundantiorem
validioremque substantiam emittit caeteris,
Confortantiusque est &c: Album etiam vinum si
nigrum non habere poteris accipere, quoniam
bonum spiritum habebis ex eo sed non tanta
quantitatis
Sciatis quod in aliquibus Mundi partibus non
inveniter nisi album vinum, accipias ex eo
dummodo sit clarum.
Vinum vero Cretense quod vocant Marseminum
poteris capere, tamen hoc clarum esse oportet
et quoad

Raymundi Lullii De conditionibus vini.

et quoad fieri potuerit a terrestreitate mundū: sed habeas eum fragrantissimum odoris suavis et gustui delectabile: quoniam spiritus et anima illius coelestis humanae Naturae optimè conveniunt, vitalemque praecipuè virtutem iuvabunt, omne roburque ac temperamentum quàm maximè praeservabunt. Nam huius vidimus suavissimis odoribus animalem virtutem suscitari.

Quid igitur iudicandum est de foetido ac putrido vino?

Profecto ipsius Aqua non est de intentiōe Naturae, neque nos intendimus huiusmodi vinum accipere: Nam in hunc locum mihi testimonium adducam illud Grammaticorum verbum, quod est omne ~~Deri~~ Derivativum sui Primitivi naturā sapere.

Igitur si vinum erit gustui delectabile ac suave, Spiritus ab ipso procedentes eiusmodi erit, et humanae Naturae amicabilius, cum ex hoc magis appropinquare temperamento videatur:

humanus enim gustus, tactus quidam est, tactus vero bonitatem temperamenti seu malitiā sentit:

Sic facilè intelligi potest quando vinum habet acetositatem,

acetositatem, aut putrido foetidoque sapore infectum esse, similem suae naturae spiritum emittere.

Re, haesitabis fortasse, an dulce vinum eligibilius sit?

Neque dubitationis huius facilis est solutio cum in ea sapientes discordes inveniam: discordia enim sapientum rei difficultatem arguit.

Ego quidem sententiam meam pace aliorum paucis expediam, ne te verborum multitudine afficiam:

Nam cum sapor dulcis naturae humanae magis amicari videatur; propterea quod stomachum bene dispositum non laedit sapor supra dulcia, aestimo dulce vinum caeteris cum conditionibus eligibilius esse.

Quod si obijciatur ipsum terrestrius fore, sicque a spirituali natura elongatius; hoc fateor: sed ad convenientem spiritum reduci virtute ignis decentis potest: eritque sic aqua illius dulcior ac naturae humanae convenientior amicabiliorque:

Nam in ea moderatio quamplurimum celebranda est.

Raymundi Lullii De conditionibus vini.

etc:
Ex quibus omnibus concluditur quod vinum
Tyromaluaticum, Hoboldum, Graecum, Romanū,
Hispanicum, Corsicum, Vernaticum, et vniuer=
saliter vina omnia cum praedictis conditionibus
operibus nostris aptissima sunt: Sed tamen ab
alijs abstinendo.

Praxis Quinta Menstrui conficienda.

Rex Illustrissime modus confici=
endi et distillandi vinum est quod accipias
de eo libras duas: Et ponas in vasa quae
sunt Cucurbitae longitudine vnius Cubiti factae
per bonum Magistrum Artis vitriariae:
Et super collocabis Capellos caecos qui recte
sigillentur, et obturabis binda linea, calce viua,
vitro puluerisato, farina volatili, albugine
oui.
Collocatis Cucurbitis quoquot volueris in talibus
vasis stuffo ancia

Raymundi Lullii De conditionib[us] vini.

vasis stuffe ancis, terreis, vel terreis, cum suis coopertoriis superius appositis: ne Cucurbitae sentiant aerem nisi illarum medietas super appareat.

Et in tali vase collocabis omnes tuas Cucurbitas, et stent in aqua feruenti sicut vas ancum sit plenum.

Et ista nostra est Corruptio in iuribus.

Poteris talem Putrefactionem facere per dies 45, cum administratione leuissimi caloris instar Gallinarum super oua sua cubantium, vel Solis in tempore veris.

Et in tali tempore fiet nostra Putrefactio sine Corruptio perfecta, de qua ignari et Mundi dementes nihil sciunt.

Haec autem est vera Corruptio tuae Materiae per quam venit vera et noua Generatio ad vitam.

Et sine qua nulla res Mundi poterit generari.

Si istam Corruptionem non feceris, scias o tu Rex Eduarde quod numquam separare

poteris

Raymundi Lullii de conditionibus vini.

poteris Spiritum a suis fecibus, quoniam
simul vnirentur et ordinarentur.

Ideo necesse est tibi facere Ignem lentum, solum
calidum.

Et non nisi taliter et cum tali corruptione
Ignem nostrum venit in substantiam viuam,
germinans in sempiternum.

hoc tale secretum debes apud te seruare tanquam
tacitus et mutus, ne Mundus quispiam sciat.

Cum vero Materia fuerit putrefacta debes facere
Ignem graduum trium:
vt possis Spiritum a suis fecibus separare.

Quoniam per paruum Ignem numquam illum
Spiritum habebis.

Sic per seuerissimo talem Ignem tu debes facere
trium graduum.

Et sic per talem Ignem sublimabis Spiritum:
Et sic dum sublimabis, videbis venas in Capello
clarissimas instar Chrystallo.

Spiritum vero distillatum subito ponas in eandem
Cucurbitam, prius euacuando omnem immun=
ditiem, vt sit nitida et munda: Et alia vice

Raymundi Lullij de conditionib' vini.

Et alia vice sublima, quoniam videbis
sublimare partem volatilem, et ~~et~~ in fundo
remanebit de aqua fatua:
Illud autem regimen tu debes facere vicibus
tribus vel quatuor, donec spiritus ad candelam
accensus totus comburatur
Spiritum vero rectificatum servabis in balla
longi colli.
Et semper in rectificatione spongiam oleo oliuae
parum intinctam pone ad latitudinem oris
vasis quantumlibet gracilem, quoniam sic
phlegma non poterit superius pertransire.

Postea si volueris facere complementum
secreti Philosophorum, modus est quod accipias
Materiam quae tibi remansit post distillationem
spiritus.
Et eam distillabis in Balneo ut tibi remaneat
ad modum picis fusae:
Et super istam materiam ponas de spiritu ut
supernatet quatuor digitis. Collocabis in stuffa
Balnei per 3 dies cum suo cooperitorio:
Postea in furno cineris et cum igne de carbonibus
debes distillare per 3 dies:

Et sic

Et sic per virtutem majoris ignis, Spiritus secum
trahit Animam:
Quoniam per Balneum numquam posses ad tale
arcanum pervenire.
Et saepe gustabis in ore tuo: Et si sentis oleum
augmenta ignem: Et distilla quicquid volueris
distillare per talem ignem sive calorem.
Postea parum dimitte frigescere.
Et alia vice ponas de recenti Spiritu supra Materiam.
Et sequere praedictum regimen donec nihil amplius
olei exeat: quod est signum quod Anima est
omnino exhausta a Spiritu suo:
Et non remanet nisi corpus privatum sua
luce quam omnino perdidit.
Signum vero notabis quia ponendo de Terra
super laminam auri vel argenti ignitam, si
fumaverit pone adhuc de Spiritu suo donec
habeas signum quod Terra non fumet.

Accipias postea Terram et scias pondus et
superponas de suo Spiritu animato octavam
partem: pone in stuffa per 3 dies ad congelandum.

Postea distillabis humiditatem per cineres cum
calore lenti quae congelari noluerit quaeque erit
Aqua insipida nullius valoris quam projicies

quia nihil

quia nihil valet.

Super materiam congellatam pone septimam partem sui ponderis de suo spiritu, in balneo per tres dies ad congelandum, ~~[illegible]~~ quoniam unum Congelatum naturaliter facit aliud congelare sine miraculo:

Et humiditatem quae erit distillabis in cineribus cum igne primi gradus, ne alteres materiam tuam ut non vendatur per vim ignis.

Scias o tu Rex Serenissime quod Aqua quae erit est aqua quam sublimasti cum Spiritu vini qui Spiritus simul habet elementum aquae occultum.

Et simul intelligas quod etiam erit quaedam humiditas a terra arsa quando se coniungit cum Spiritu, et hoc est propter opus naturale et non per aliud quod scire non te oportet Rex Serenissime.

Tu reiterabis tale Magisterium divinum donec totus Spiritus congeletur super suam terram aut quod congeletur quarta pars pluris sui ponderis, et apta erit ad suam mirabilem pretiosam coelestemque et divinam Sublimationem nostram physicam et naturalem

Quam quidem terram sublimabis in eodem vase. Sed melius est quod subito extrahas Materiam

ponendo in unam

ponendo in unam Cucurbitam vel Aludel.
Et talem materiam Sublimando Separabis purum ab impuro.
Et Sublimabitur infans noster albus ut vera Nix, quod est Sulphur nostrum natum et glorificatum, et ipsa Natura creata quam Deus in manibus nostris posuit per gratiam Suam.

Iste o Rex est Infans qui omnia facit super Terram, quem servabis in vase mundo bene Sigillato, ne Aer sibi appropinquet, quoniam cito corrumperetur.

Alius vero Spiritus quem Superius servasti est ille quem debes coniungere cum pradicto Sulphure et natura benedicta ad faciendum Menstruum pro Solutione Solis vel Lunae ad lapides componendos, vel pro Elixire componendo, aliisque benedictis Medicinis.

Sal ex Tartaro.

Rex Serenissime Eduarde Si per alium modum volueris nostrum gloriosum Sulphur facere: quod Sal Sapientum appellamus,

et Sal armoniacum

Raymundi Lullii de conditionib⁹ vini.

et Sal armoniacum nostrum, in quo omnis virtus et vis insita est et manet, sic facias in nomine Christi.

Accipe de Tartaro vini rubri vel albi, calcinabis in furno Reverberationis ad flammam ignis et fiet album, quod completur intra sex vel octo horas.

Postea solvas illud in flegmate Aquæ vitæ vel vitis: Cum solutum erit, in furnello cineris vel per balneum Mariæ illud congela evaporando humidum.

Cum congelatum fuerit, alia vice solvas, et alia vice congela.

Et tale Magisterium reiterabis septem vicibus vel octo.

Postea inturabis illud illico in balla rotunda de bono vitro:

Et tunc pone de Spiritu desuper, id est de Anima vini, et supereminens quatuor digitis.

Claude vas et pone in Stuffa per octo dies conti=nuos.

Postea evacua in aliud vas illud quod erit solutum et serva.

Et super Materiam ponas de alio Spiritu sicuti fecisti supra, per octo dies ponendo in Stuffa.

Postea

Postea evacua. Et sic continuabis solutionem regalem donec habeas tuum liquorem totum exuberatum.
Postea accipe omnes liquefactiones et simul ponas in Cucurbita in Balneo.
Et igne suavissimo distillabis Aquam, id est Spiritum et animam vini, ut materia sit congelata et spissa.
Et alia vice exuberabis cum Spiritu sicut superius fecisti.
Et toties reiterabis solutionem nostram donec totum sit conversum in oleum spirituale;
Quod est fundamentum totius sanitatis vitæ nostræ.
Illud vero appellant sal Tartari soluti, sal sapientum, sal benedictum, sal nobile, et alijs nominibus infinitis quæ ~~ta~~ nunc taceo Rex.
Illud vero sal præparatum servabis in vase bene clauso, ne Aer eum tangat, donec operari volueris cum Spiritu sive Anima vini, de qua oportet te esse provisum pro curandis Medicinis, proque extrahenda quinta essentia ab omnibus herbis, radicibus, floribus, fructibus

Rex illustrissime

De Confectione Aquæ Ardentis.

Rex illustrissime nunc de complexione Aquæ ardentis et de sua nobilitate dicendum est.

Bonitatem ardentis aquæ, et coelestis essentiæ Spiritus ac Animæ vini; ac admirandæ Medicinæ sapientiam narraturus certis cum aureolis tibi aperire constitui: Atque ut sic quæ tibi grata sunt facilius memoriæ commendantur seriatim tractabimus; ordo quidem ipse ad memoriam maxime confert.

Dicamus igitur quod Aqua et vini Spiritus ut iam dixi eligitur ex vino medio dulci et nigro non vetustiori; quem anniculum clarum et huiusmodi ut supra dictum est in vase vitreo confectum Spiritum cum ad vitæ nostræ prolongationem tum ad conservationem quærimus; nec non in expellendis ægritudinibus eo uti volumus.

Nam potentiora vina et clara, sunt nostræ intentionis: Ex huiusmodi vini natura

calida et

calida et sicca est, non tamen ab humiditate
aerea et coelesti est absoluta, cum caloris
naturalis per se et per accidens sit confortatiua.

Complexio quidem accidentalis eius est: quia
elementalis caliditas coelestem in denominatione
vincit, quae cum sit calida sit et humida
imo sicca et calida denominatur.

Et coelestis eius humiditas, et caliditas primum
gradum non multum excedere videntur. Et
si tanta caliditatis in densa substantia foret
non ipsum minus calefaceret. verum etsi
tanta sit intensionis non tamen tanta
potentia existit.

Nam tolerabilis est eius laesio et cito transiens
quae ex elementis vero coelesti remanente.

haec autem sua in qualitatibus moderatur
vini potentia nociua, arte debilitata; et
essentia confortantis nouitate.

Ex quibus inducitur causa cur ad tantum
gradum bonitatis producitur noster ille spiritus
vini siue Aqua vitae, cuius dosim a dosi magnarum
Medicinarum non multum eleuari
debere testamur.

debere testamur.
Itaque dic ad drachmas tres in Medicinarum usu, secundum complexionem magnā vel paruam, vel usque ad dracham unam et semis: facitque ad eius augendam dosim aut diminuendam Aeria regio, aestua tempora, frigus et similia.
Dico tibi Rex quod omnes qui de ea nrā vita Aqua sumpserunt prædicant per totū orbem quod nulla Medicina potest ipsi comparari, nec talem esse, quoniam omnes aliæ Medicinæ sunt contrariæ ut plurimùm sed Aqua nostra incorruptibilis est, spiritusque diuinus, quo cùm aliqui usi essent vixerunt usque ad annos centum et quadraginta.
Rex serenissime iste spiritus est columna Mundi, Aqua benedicta et calefactiua et siccatiuaque, maiorque est sua siccitate, calefactione, et humiditate siccitas.
Qua de re in ægritudinibus calidis magnum videtur afferre iuuamentum: magis autem

in ægritudinibus

Raymundi Lullii De Conditionibus vini.

in aegritudinibus frigidis et phlegmaticis
quibus maximè mirum in modum confert
experti sumus.
Ipsa et substantia subtiliativa, resolutiva
ventositatum, carminativa, opilationum
aperitiva.
Quamobrem exercitio carentes veluti presby=
teri, religiosi, ac studentes qui literarum
studio incumbunt, Curiales, et id genus reliqui
quorum virtus naturalis non confortatur
et superfluitates multiplatae non resolvuntur,
ea inter caeteras Medicinas potissimum uti
debent, atque cum maxima veneratione eam
colere:
Quia et caloris naturalis conservativa est
ob naturalem suam caliditatem et ob humidi=
tatem, et spirituum augmentativa, et vivifi=
cativa: quae ob res in prolongationem vitae
mirificè confert
Et si omni manè volueris de ea accipere
poteris cum brodio vel cum vino odorifero
vel aqua boraginis, vel fumiterrae, cicoreae,
vel endiviae vel buglossae: quoniā mirabiliter
operatur in corpore humano.
Canes enim

~~De~~ Raymundi Lullii de conditionibus vini

Canoe enim retardat, iuventutem conservat, omne malum curat, tineam capitis aliasque immunditias sanat, scabiem, ulcera et huiusmodi de cute aufert si lavetur de mane et sero: si in vultu fuerint lentigines et pustulas ponas simul cum sanguine vespertilionis, quia sanat omnia sua potentia, sed pro pustulis poteris etiam adhibere de Tartaro calcinato cum succo fumiterrae ana, et sanabitur patiens.

Catharrum quoque humidum et frigidum purgat et torturam paralyticorum cum pannis lineis in ea madefactis et malo suppositis curat.

Fortasse nobis obijcitur cum tremor parva sit et diminuta paralysis, sitque tremoris cura difficilis quomodo paralysi sit conferre videbitur? existimandum quidem id contingere dum intro sumitur:

Opinantur autem nonnulli usum eius tremorem inducere, nam cum nimium subtilis sit substantiae penetrativaeque, nec non nimis evaporativa, accidit eam sic actuatam Cerebrum originemque nervorum penetrare, quin cum ex stomacho vapores plurimos secum conducat

phlegmaticos

Raymundi Lullii De Conditionibus vini.

Phlegmaticos, sicque eos in originem Nervorum penetrare faciat, ideo et eius sit levi opilatio[n]e et tremoria causativa: Dubium autem hoc quo multi vexantur in posterum aperietur.

Confert et spasmo, humidum squamosumque caput liberat, cum ex ea et sanguine Leporis mixto caput irroratur; et odore suo cerebro succurrit frigido, passionibusque eius frigidis magistraliter applicata succurrit.

Sedam antiquam aufert quando ex frigiditate provenit seu ex frigida materia.

Caput purgium ex ea factum, Epilepticis opitulatur, et apoplexia laborantibus subvenit si potatur in aqua in qua diamuscus fuerit infusus, si que ex ea lavetur caput, et si odoretur, et si caput purgium ex ea fiat et in dicto occipitio loto aut ex ea madefacto, memoriam auget et conservat, iisque praecipuè quibus humiditate nimia laeditur locus ille.

Surditatem suis cum canonibus intincta et tenuitum tollit, et insufflationem, aboque aliaque horribilia, sonorum et corrisam purgat.

Etiam humiditates

Raymundi Lulli de conditionib⁹ vini.

Etiam humiditates per nares venientes desiccat, et opilationem in eis factam aufert.

Paralysique subvenit.

Et supponendo pannum lineum in eo madefactum dolori dentium ex frigida causa succurrit, eorum corruptionem aufert.

Gingivas corruptas et putridas emendat.

Vasis labiis ex ventositate aut frigiditate opitulatur.

Oculorum ægritudinibus frigidis exterius linita, immo interius posita, necnon bibita subvenit.

Visum conservat cum præcipue ex stomachi debilitatis vitio venit exterius imposita.

Et intus bis in die locata lachrymas mirabiliter compescit desiccatque.

Cum aqua rosacea in vitreis vasis facta et valde odorifera oculorum caliginem annihilat et liberat: si ungula fuerit in oculo aufert corroditque.

Debilitatem visus sanat, et si fuerit ex causa frigida liberat subito fortificatque.

Si quis fuerit hydropicus bibatque singulo die bis

diebus sanabitur infra quinquaginta dies sine dubio.

vocem ex causa frigida deperditam restaurat.

~~Asthmatis~~ Anhelitum foetidum removet, cum praecipue stomachi vitio venerit.

Asmati ex causa frigida succurrit cum decoctione Caricarum aut Liquiritiae potata.

Peripneumoniae et tremori Cordis ex ventositate ex causa frigida subvenit.

Adde quod nihil est melius tremoribus, ulceribus, humorosisque fracturis Mammillarū desiccandis.

Extenditur ad maligniora virtus sua, ut dicitur in peste.

Et asseverant quidam quod eius usus cum theriaca singulo quoque die Cor ab aere epidimico tuetur: neque remedium hoc detestor suis in temporibus mod~~este~~eratè sumptum.

Pulmonis humiditates expellit resoluitque.

frigido stomacho et phlegmatico humido, pauca caliditate commoto mirum in modum intus et extra subvenit: quam rem probauit Princeps Hollandiae: moderandus tamen est eius usus quotidianus, quantitatemque variare oportet

pro

Raymundi Lullii De conditionibus vini.

pro virtutis temporumque ac locorum varietate: Nam in temporibus frigidis securior eius usus quantitasque maior sumi potest.

ventositates ac dolores ventosos dissoluit et continuo cessare facit.

Ac in resoluendis stomachi et ventris ventositatibus mirabilis est.

Philippus Rex Galliae cum plura Medicamenta tentaret huic nulla paria esse dicebat, cuius rei testis sum ego Raymundus.

Rex Ludouicus de ventositatibus ac humoribus infectus curatus fuit.

Opilationi splenis et hepatis succurrit.

hydropicos de frigida causa liberat, quo in casu praesumunt exhiberi debere quotidie ad drachmam unam vel ad quantitatem dimidiae testae oui.

Dolori renum calida supposita subueniet.

Omnesque dolores ventosos mirabiliter sanat.

ventositates Intestinorum soluit et liberat.

Etiam dolori colico et illiaco succurrit aut per os aut interius sumpta aut exterius cum panno aut feltro apposita.

In febribus

Raymundi Lullii de conditionibus vini.

In febribus quartanam praecipue et phlegmaticam duabus horis ante febris correptionem bibita cum aqua, optime facit.
Melancholiam purgat sicut Aqua Buglossa aut Boraginis facta in vitro more physico ab ipsa liberat;
Et paroxismos abbreviat.
Sicque in omnibus febribus ex eadem causa provenientibus procedendum est.
Etiam in febribus pestilentialibus cum Aqua Scabiosa mirabiliter prodest.
Arthetica, Podagra, Isciatica ex frigida causa praecipue facta in declinatione cum suis canonibus administrata et ex applicatione pannorum lineorum in ea madefactorum calidorum vidimus multos adiuvari socios nostros.
Ista etiam benedicta Aqua dolori nervi seminitici et spasmo mirabiliter medetur si bene cum aliis medicinis misceatur.
Pustulis cum instrumento intenta ac Noli me tangere succurrit.

vomitus interficit

Raymundi Lullij de conditionib⁹ vini.

Vermes intestinis etiam exterius linita.
Omnes ventositates fugat bibendo.
In tempore quoque pestifero valet super glandulas posita, quoniam virtutem habet confortativam ac venenosi humoris ad se attractivam: sed hoc nonnisi cum ratione et canonibus suis unita esse debet.

Alkindua de Padua.

Alkyndus de Radiis

1 Omnes homines qui sensibilia
sensu percipiunt ea in aliqua forma comprehendunt
ex qua comprehensione inveniunt, motu rationis
sensu percepta singula aliquibus formis convenire
~~[illegible]~~ et aliquibus ab invicem
differre

2. Cum isto quoque mentis deceptio per unitatem unius=
cuiusque hominis regitivam, concurrit officium rationis
rei in communi forma unius universitatis comprehen=
dentis, cum subtractione non communium.

3. Et haec est comprehensio mentalis intellectus qui pro
rebus taliter comprehensis universalis appellatur; quod
secundum naturam formae comprehensae, et comprehendendi
modum dividitur in suas species genus speciem differentiam
proprium accidens.

4 Cum ergo universale dicto modo in mente hominis ortum
fuerit per innatum sciendi desiderium, ipsius ~~operationem~~
conditionem operationis investigat: cuius cognitio
semper insurgit a sensu, sicut et ipsius universalis
conceptio.

5 unde quia in similibus semper simile datur iudicium
contingit alicui subiecto tam singulari quam universali

aliquam

aliquam conditionem cogitatione tribuere, quae si cognita non est, sensu convenire.

6 Sed si aliter simili sensu perceptum est convenire, et per hoc eadem convenientia tribuitur, simili iudicato: Si autem aliquid singulare vel universale, vel conditio in cogitatione conceptum fuerit, cuius simile non fuerit sensu perceptum, talis enim conceptus casus est secundum humanum intellectum, quem à sensu oriri necessè ~~[illegible]~~ est.

7. Unde ratione formantur quaedam universalia et eorum aliquae conditiones quas sensus non docuit; ut virtutum species, et quibus operationes procedunt in corporibus.

8. Vis enim calefaciendi in igne comprehenditur ratione, sed eius simile sensu non percipitur; propterea quod illa vis secundum sensum et rationem ~~[illegible]~~ cognoscitur; sed secundum eius effectum tantum imaginamur, qui sensu tantum perceptus est: et per hoc ratione vis illa comprehenditur. Et hoc idem sciendum est de simili.

9. Si enim eorum similia sensui subiecta non sint, casus est intellectus taliter significare comprehendens, licet aliter videatur rem sic esse comprehendam. formatio autem formae vel ex singularibus sigillatim sensu perceptis, quadam necessitate data est humano generi; quoniam omnia singularia sentiri est impossibile.

10. Sed quia aliqua sentiri possunt, necesse fuit ex quodam sensu perceptis universale colligere, quod quodammodo

omnia

Alkyndus de Radijs.

omnia singularia comprehendit, ut scito universali sciatur quodlibet singulare sub illo universali contentum.

11 universalium enim scientia huiusmodi est necessaria ~~propter scientiam~~ propter scientiam singularium quae sola continet utilitatem humanam, propter motum quem faciunt quod universalia numquam faciunt.

12 Sic igitur omnium rerum conditiones primo per sensum sciuntur quae, qualis, quanta, qualiter agentes aut patientes, qualiter etiam se habentes ad sua subiecta sive universalia sive singularia.

13. unde tam res universales quam singulares nec non et rerum conditiones quaedam sunt manifestae quaedam manifestiores quaedam manifestissimae: aliae occultae aliae occultiores, aliae occultissimae tum sensui tum rationi, quam diversitatem operatur ipsarum rerum natura in tali vel tali conditione eas producens

14 hominum quoque quidam sunt magis, quidam minus perceptibiles tum sensu tum ratione; et hoc procedit quoque ex uniuscuiusque qualitate ad perceptionem magis vel minus disponente ipsum.

15 unde fit quod quidam fuerunt magis sapientes quam alij. Magis autem sapiens est et dicitur qui minus perceptibilia percipit, de rebus et earum conditionibus: unde est quod qui sancto sapientiae desiderio sunt informati ad comprehensionem occultae ~~conditionis rerum~~ conditionis rerum, laborant plurimum.

Iste autem

Alkindus de Radijs.

16. Isto autem prædicto desiderio ~~[illegible]~~ Antiqui patres videntes oculis corporis rerum mundialium multifariam diversitatem, earum originem et alias conditiones sollicita et solerti indagine sunt scrutati, et circa eas plurima sensu perceperunt, plurima etiam ductu rationis invenerunt, quæ ultra humanam comprehensionem à sapientibus nostri temporis reputantur.

17. Hoc autem credimus esse assecutos ex natura humanæ temperantia perfectius ceteris eiusdem naturæ participibus, in eis vigente; et morum rectitudine acquisita per eandem, et exercitium regulare; quibus sunt doctiores et meliores ad sui perfectionem curiosius affectare: quo affectu non cessante, a sciendi studio tota vita non cessarunt.

18. Hoc igitur modo factum est quod plurima circa res visas perpenderunt, quæ potius divino aspiramine quam humana ratione eis suggesta videntur.

19. Nam sursum aspicientes, stellarum plurium conditiones quasdam perceperunt; inter quas septem planetarum proprietates propensius ceteris investigare conati sunt et scire: utpote quos rerum mundialium præcipuos dispensatores longa experientia probaverunt.

20. Indubitatam igitur fidem per sensum sunt adepti,

quod

Alkyndus de Radiis.

quod Stellarum dispositio Mundum elementatum disponit, et omnia quae ex ipsis composita sunt in ipso, quocunque loco quocunque tempore continentur.
21. Adeo quod nulla substantia, nullum accidens hic subsistit quod in coelo suo non sit figuratum, et hoc quidem earundem radiis in Mundum missis non dubitatur provenire.

De Radiis Stellarum.

22. Omnis enim Stella suam habet propriam naturā et conditionem in qua radiorum projectio cum aliis continetur: Et sicut unaquaeque habet suam propriā naturam quam totaliter in nulla alia contingit reperire, in qua radiorum emissio continetur: Sic ipsi radii in diversis Stellis sunt diversae naturae, sicut et ipsae Stellae sunt in natura diversae.
23. Omnis autem Stella suum habet situm in mundana machina ab omnibus aliis diversum: unde provenit necessario quod omnis Stella alium sortitur respectum quam alia ad omnes alias, et res omnes, et loca in Mundo contenta.
24. Respectus autem varius variat effectum radiorum, sicut et aliae proprietates ipsarum Stellarum variae.
25. unde fit quod omnis ~~Stell~~ Stella aliud et aliter operatur in locis et rebus diversis quantumcunque modicis,

et quam

et quàm modicè differentibus, cum tota stellarum ratio per radios procedat qui in omni aspectu vario in seipsis variantur.

26. Nam radius qui a centro stellæ ad centrum Terræ procedit fortissimus esse probatur in operationibus suæ speciei: qui verò a centro Terræ obliquantur secundum proportionem obliquationis in effectu debi=litantur, nisi in quantum stellarum aliarum radijs concurrentibus in eisdem locis confortantur.

27. In omnem enim locum omnis stella radios effundit propter quod radiorum diversitas in unum locum conflata variat omnium contenta locorum, cum in omni loco diverso diversus sit tenor radiorum qui à totali stellarum harmonia derivatur.

28. Homo insuper quia continuò mutatur per Planetarū et aliarum stellarum motum continuum secundum locum Mundi, Elementorum, et eorum contenta cum continuò movet in diversas conditiones, exeuntes in actum secundum exigentiam eiusdem temporis har=moniæ licet humanis sensibus res aliæ Mundi videantur permanere: hoc autem sic non esse ~~rati~~ ratione philosophica et a sensu trahente originem, evidentius comprobatum.

29. Liquet igitur quod omnia loca diversa constituunt individua in hoc Mundo quod facit coelestia harmonia per radios in Mundum proiectos sese continuò diver=sificans.

sensu

Alkyndus de Radijs.

30. Sensu quoque declaratur in quo et in alijs hoc idem ratione tollitur quod stellarum radij in re cadentes et elementis composita secundum diversam naturam componentium diversimode rem afficiunt.

31 Solis enim radij rem obscuram puta corpus hominis illustrantes quoad colorem in superficie subsistunt, qua et reflectuntur ~~quoad~~ quoad calorem in ipsum corpus intrant; et idem calefaciunt, et quoad mixtionem naturā quam similiter habent spiritum hominis confortant, et pari modo in alijs quae non sunt adeo sensui manifesta, esse verisimile est.

32. Quocirca convincitur ratione quod omnium stellarū radij diversas habent in rebus Mundi operationes secundum earundem rerum diversas proprietates, cum omnes res per radios oriantur et existant.

33. Sed et hoc solerti studio advertendum est quod cum omnia res huius Mundi continuo moveatur aliqua specie motus formam quam per motum recipit, habet pro materia praeiacenti formam quâ eadem res privatur

34. Omnis enim forma nunc existens est naturam continuò subsequens quae transit in eam per motum stellarium radiorum in re cum tota sua conditione dominantium: unde fit quod diversa materia praeiacens diversam per motum recipit formam novam scilicet secundum quod magis apta est per propriam naturam ad recipiendum formam istam.

Et de hoc

Alkindus de Radijs.

35. Et ex hoc fit quod ex semine frumenti messis frumentacea procreatur magis quam hordeacea in hoc loco; in quo si semen hordei projectum esset messis hordeacea generaretur per illam eandem radiorum in loco isto concurrentium potestatem, quae eadem in quocunque loco existens diversa operatur secundum inventae materiae diversitatem.

36. Sed et hoc scias quod mores hominum et bestiarum consuetudines materiam praecedentem modificant, et tanquam pars sua est multotiens in effectu: Ex hac etenim causa est quod filius regis rex est post patrem qui successionis habitus in semine per ~~[illegible]~~ morum qualitatem existens filium generatum afficit eodem habitu quo pater erat propter eundem transitum qui est a tali in tale materiatum: et filius fabri ut frequenter nascitur ad paternum officium stellaribus radijs huiusmodi motum circa materiam dispensantibus

37. Diversitas igitur rerum in Mundo elementorum apparens in quocunque tempore ex duabus praecipue causis procedit: scilicet ex materiarum diversitate et varia stellarum radiorum operatione.

38 Inter quas quia in aliquibus est maior in aliquibus minor differentia producuntur res tum magis tum minus huiusmodi differentes in diversis locis et temporibus.

39. unde quaedam inveniuntur differentes genere,

quaedam

Alkindus de radijs.

quædam specie, quædam vero solo numero.

40. Materiæ præiacentes differentium genere plus differre habent a se invicem quam materiæ ex quibus differentia speciei processerunt.

41. Similiter materiæ ex quibus facta sunt naturaliter res differentes specie inter se plus differebant quam materiæ ex quibus per motum naturæ facta sunt individua solo numero differentia.

42. Eodem modo radiorum stellarium collectio quæ in diversis locis operatur res differentes ~~specie~~ genere, plus differentiæ et diversitatis in se continet in locis diversis quam illa quæ operatur res differentes specie.

43. Et illa radiorum stellarium collectio quæ in diversis locis operatur res specie differentes, plus differentiæ et diversitatis in se continet in diversis locis quam illa quæ operatur res solo numero differentes.

44. Hac est enim conditio cœlestis harmoniæ quod cum omnes stellæ sint diversarum naturarum, et per hoc earum radij omnes diversorum effectuum; in mundo elementorum accidit radiales effectus a se invicem adiuvari circa eandem materiam, et in alia a se invicem impediri.

45. Et in omni re ab harmonia facta, est aliqua stella prædominans, et aliquod signum similiter quod in opere et regimine eiusdem rei præ cæteris gerit principatum.

46. Ex hac radiorum inter se conditione tanta rerum diversitas surgit in hoc mundo ut numquam duæ vel plures res

in actu

Alkindus de radijs.

in actu existentes in omnibus consimiles inveniantur licet sensus humanus non sufficiat differentiam comprehendere.

47. Cum autem ex aliqua specie materiae, aliqua rerum species, per motus in eadem materia factos, generatur; ut frequentius naturalis generatio ab hominibus dicitur.

48. Cum vero praeter solitum ex tali specie materiae non talis rerum species generatur, praeter naturam talis generatio fieri reputatur.

49. Verum in utraque eadem coelestis harmonia operatur quae in diversis locis et temporibus tam diversimode operatur ut nunc similia ex similibus producat, nunc vero dissimilia: et hoc in aliquibus frequenter, in aliquibus raro, in aliquibus rarissime, in aliquibus vero numquam, in quantum ~~est~~ compertum ab hominibus: producit quoque similia nunc motu simili, nunc dissimili, nunc motu lento nunc veloci.

50. Et aliis modis innumerabilibus res huius Mundi et earum motus secundum loca et tempora inveniuntur variari; quae quia a coelesti causa procedunt aut omnia aut eorum nulla in admiratione deducunt sapientem qui huius causae virtutem cognoscit.

51. Si enim alicui datum esset totam conditionem coelestis harmoniae comprehendere, Mundum elementorum cum suis contentis in quocunque loco et tempore quocunque plene cognosceret tanquam causatum per causam.

52. Si etiam aliquam rem huius Mundi in tota sui

conditione

conditionem cognosceret, coelestis harmoniae conditio non lateret, sed eam tanquam causam per suum effectum comprehenderet.

53. Omnia enim res quantumcunque modica in Mundo elementorum agens, totius coelestis harmoniae est effectus

54. Res quoque quae fuerunt et quae futurae sunt, in eadem harmonia denotantur; licet aliter quàm res quae in hoc tempore actualem habent existentiam.

55. unde qui totam conditionem coelestis harmoniae notam haberet, tam praesentia quam praeterita et futura cognosceret.

56. vice quoque versa unius individui huius Mundi conditione plenè cognita, tanquam per speculum coelestis harmoniae conditionem totam praesentiret, cum omnia res huius Mundi sit exemplum universalis harmoniae.

57. Agitur ergo, cum omnis Mundus elementaris sit exemplum Mundi syderei ita quod qualibet res in ipso contenta ipsius speciem contineat, manifestum est quod omnis res huius Mundi sive sit substantia sive accidens radios faciat sive fundat suo modo ad instar syderum; alioquin figuram Mundi syderei ad plenum non haberet: sed et hoc in aliquibus sensu manifestatur: Ignis enim radios ad loca proxima transmittit, et terra radios algoris.

58. Medicinae etiam sanativae intus sumptae vel extra apposita virtutis suae radios per per corpus suscipientis

diffundere

Alkindus de Radijs.

diffundere videntur, collisio quoque corporum sonum facit undique se diffundentem per radios sui modi: et omne coloratum radios emittit quibus videtur hoc quoque in pluribus alijs est subtiliter cognitum unde et in omnibus idem verum esse constare videtur ratione.

59 hoc igitur pro vero assumentes dicimus quod omne quod actualem habet existentiam in Mundo elementorum radios emittit in omnem partem qui totum Mundum elementarem replent suo modo:

60 unde est quod ~~x~~ omnis locus huius Mundi radios continet omnium rerum in eo actu existentium.

61 Et sicut unaquaque res differt ab alia sic radij uniuscuiusque differunt in effectu et natura à radijs omnium rerum aliarum: quo fit quod radiorum operatio in omnibus rebus diversis est diversa.

62 praeterea distantia unius rei ab alia facit differentiam in effectu radiorum in rebus huius Mundi.

63. Item obliquitas aspectuum major vel minor parit differentiam in effectu radiorum.

64. Sunt autem et alia forsitan accidentia quæ inducunt diversitatem radiorum in effectu rerum elementarium.

65. Sed et hoc sciendum est quod quia radij à quacunque re procedentes diversum effectum consequuntur, ex praedictis causis diversi radij diversarum rerum super eandem rem cadentes se invicem ~~[illegible]~~ temperant, augendo speciem effectus si concordant, et diminuendo suos effectus si discordant vel alijs modis se invicem

iuuando

iuuando vel impediendo sicut in partibus celestis harmonia sibi contingit .

66. Diuersitas quoque materie radios rerum aliarum elementarium suscipientis facit diuersitatem in effectu radiorum eorundem , sicut est in igne qui de eisdem radijs quibus mollificat plumbum indurat laterem: quod contingit ex differentia illarum materiarum.

67. Sed etiam hoc aduertendum est quod quidam radij sunt in aliquo effectu fortes , alij debiles .

68. Item quidam multum iuuantur in suo effectu ab alijs radijs alterius speciei .

69. Item radij sunt multum operantes in vno tempore qui in alio tempore parum operantur .

70. Item quidam cum pluribus adiunctis operari volunt et non aliter : Alij vero cum paucioribus sunt contenti : Et in ijs tanta est modorum diuersitas quod eam verbum nullius sensus sufficit diffinire.

71 Illam tamen de parte homines sunt assecuti; aliqua quidem experimentis, aliqua vero ratione potissimum, aliqua vero sunt que adhuc in thesauris Naturæ clausa sunt , scilicet que adhuc ad nullius ~~rationem~~ notitiam peruenerunt , de quibus humanæ cognitionis capacitas non sufficit ~~[illegible]~~ comprehendere.

72. Quedam vero sciri possunt ad que tamen scienda nullius animus adhuc ascendit : Quedam vero sunt magis perceptibilia sed eorum scientia valde paucis innotescit : Alia autem communem hominem compre=hensionem non excedunt : Sunt et alia que omnibus

aut solo

aut solo sensu, aut sensu et ratione innotescunt.

73 Actio autem cuiusque rei elementariae radijs suis facta aut deducitur in coniunctum localiter, aut in separatum:

74. In coniunctum quidem agit qualibet res cum per continuationem aut contiguationem altera alteri applicatur: tunc enim res sic coniunctae in se invicem agunt, et a se invicem patiuntur ~~per~~ per radiorũ infusionem; et motum faciunt in se invicem secundũ exigentiam: Tales operationes rerũ considerat et determinat doctrina quae vulgariter Physica nominatur.

75. In separatum localiter agit res elementaria per radiorum infusionem, sicut et in coniunctum: licet haec operatio non manifestetur sensui adeo clare sicut et praemissa; cum tamen in aliquibus et haec sit ~~praemissa~~ sensui manifesta sicut et praemissa.

76 Est enim sensibiliter notum est quod Magnes attrahit ferrum a se separatum: et speculum ostendit oculis rerum imagines a speculo separatas: hoc etiam in alijs pluribus sensibiliter compertum est: quocirca de actionibus rerum elementarium in res alias remotas tradiderunt sapientes doctrinam.

77 Ad huius rei evidentiam scire oportet quod homines per suam naturam et rationem usum recipiunt scientium vel fidem super rerum coniunctionem, concipiuntque voluntatem et desiderium super res sibi bonas, et liberum gerunt arbitrium super eas

sibi

Alkindus de Radijs.

sibi manifestentur in aliquibus, quod accidere dicimus hominibus ex eorum defectu circa rerum cognitionem.

78 Cum enim omnia humana cognitio ex sensu oriatur quia rerum proprietates sunt quamplurimae quas sensus non comprehendit de eis et earum conditionibus non fit scientia in ratione.

79 Unde de rerum universitate quaedam sunt quae sciuntur, alia vero penitus ignorantur.

80 Si autem omnia scita essent ab aliquo, ipse rerum causalitatem ad invicem notam haberet: Sciret ergo quod omnia quae fiunt et contingunt in Mundo elementorum a caelesti harmonia sunt causata et inde cognosceret quod res huius Mundi ad illam relatae ex necessitate ~~co~~proveniunt: hoc enim a sapientibus in pluribus esse compertum evidentes, et idcirco in aliis omnibus idem esse iudicatur humana ratione.

82. Nunc igitur quia haec causalitas in mentibus hominū non est impressa exceptis paucis qui etiam in paucis singularibus hoc sunt assecuti, processit opinio contingentia rerum in opinione ~~plurimorum~~ plurimorum qui videntes aliquem rerum eventum in uno tempore et in similibus circumstantijs in alio tempore aliter evenire, talem eventum indicant contingentem, ita quod antequam fiat putant esse possibile ut fiat, et possibile ut non fiat cum tamen si plene causas cognoscerent in alteram

partem fixam

partem fixam opinionem tenuerint, in illam scilicet quam causae demonstrarent.

83. Qui etiam universale sunt assecuti de omnibus per sensuum habitum in occurrentibus particularibus singularibus, hi non per causam scitis utrumlibet possibile iudicabunt cogitatione absoluta, licet sapientes relatione facta ad causas alterutrum necessarium esse sciant.

84 Sic omnes homines res plurimas tanquam contingentes futuras cogitant, propter quod illud quod possibile putant desiderant, tamen si omnes circumstantias perpendissent impossibilia esse ~~propter causas~~ propter causas de necessitate existentes cognoscerent, nec fidem conciperent quod illa sint futura nec super ea vel desiderium vel spem vel timorem conciperent: impossibilia enim scita tales animi affectiones super se non admittunt, sola enim contingentia et possibilia desideramus et speramus et timemus.

85. Est enim ignorantia hominis, causa opinionis eventuum futurorum; et per hoc medium est ignorantia, causa desiderij, et spei, et timoris; quorum etiam causa est imperfecto existente alio modo

86. Desiderium autem spes et timor cum sint Individui proprietates, sunt pars unitatis regitivae eiusdem propter quod secundum quod adsunt vel absunt faciunt

Alkindus de radijs.

faciunt differentiam in radijs qui a quocunque individuo procedunt super res alias propinquas vel remotas: et ideo voluntatis adiectio in opere hominis adijcit aliquid ad effectum.

87. Nullum enim moueat id quod diximus, quod individua elementata agunt suis radijs in res alias elementatas.

88 hoc enim secundum humanam considerationem doctorum dictum est que sic se habet ut cum una res cum alia invenitur aliqua consideratione colligata, una alterius causa activa reputatur: sive illa colligata sint coniuncta loco sive separata.

89 propter quod Ignis dicitur causa activa calefactionis Individui ei coniuncti: et Magnes dicitur causa activa accessus ferri quod ad se per Naturam suam attrahit.

90 Secundum igitur talem vulgi opinionem diximus quod una res elementaris radijs suis agit in aliam:

91 sed sola coelestis harmonia omnia operatur propter quod est tantum concomitantia, quam actionem et passionem nominamus in rebus elementaribus sustinentibus passionem illatam a tali actione

92. Et dum rerum elementarium ad invicem conditiones et colligationes consideramus non habitu respectu ad causam coelestem, Physica est Consideratio sive res sint coniuncta sive separata loco. Cum autem

per causas

per causas coelestes euentus elementares inuesti=
gamus Metaphysicam Considerationem assumimus.

93 De effectu igitur radiorum ab indiuiduis elementari=
bus actu existentibus ad res alias distantes pro=
cedentium tractantes adijcimus, quod omnia quæ
sunt in aliqua existentia actu aliquem motum
operantur aut semper, aut in aliquo tempore
et non in alio continue.

94. Quæ autem semper mouent alia et eodem modo
sub regulis doctrinæ non oportet comprehendere.

95 unde inutilem iudicamus laborem assignare quod
una res ad omnem aliam actu existentem relatione
similitudinis colligatur: hoc enim semper
sic se habere est publice manifestum.

96 Quæ autem aliquo tempore et non in alio aliquam
motus speciem faciunt aut uno modo ministrata
et non alio utile est scire propter bonum et
malum.

97. Sed in tanta rerum diuersitate non est scientia
homini perceptibilis, præterquam in paucis quæ
humana prouidentia perpendi possunt; sed sola
quæ ab humano intellectu vel voluntate pro=
cedunt inuestiganda sunt ad præsens, relictis
motibus quos res aliæ elementares in res alias
remotas suis radijs producunt absque opera
hominis.

Alkindus de Radijs.

hominis.

98 Homo ergo per suam existentiam proportionatam surgit ipsi Mundo similis: unde Minor Mundus esse dicitur:

99 Quare recipit potentiam inducendi motus in competenti materia per sua opera, sicut habet mundus imaginem cum intentione et fide in anima hominis praeconceptis.

100. homo enim aliquod volens operari primo imaginatur rei formam quam per opus suum in aliquam materiam vult imprimere post imaginem rei conceptam, secundum quod eandem rem sibi utilem iudicaverit cum desiderat vel spernit in animo.

101 Consequenter vero si res desiderio digna fuerit iudicata desiderat accidentia per quae eadem res in actum proveniat secundum suam opinionem assumptam

102 Accidentia autem ad motum inducendum adiuvantia sunt passiones animae, de quibus disserentes dicimus quod imaginatio et ratio humana acquirunt similitudinem Mundi, dum species rerum mundialium in ipsis actualiter imprimuntur per exercitium sensuum, propterea quod spiritus imaginarius habet radices conformes radijs Mundi.

103 Et idem consequitur vim movendi res expositas suis radijs, sicut ipse Mundus tam superior quam inferior suis radijs movet res diversas diversis motibus.

104 Propterea cum homo concipit aliquam rem corpoream imaginatione

imaginatione, illa res recipit actualem existentiam secundum speciem in spiritu imaginario: unde idem spiritus emittit radios moventes exteriora sicut res cuius est imago.

105 Imago igitur in mente concepta concordat in specie cum re actuali ad existentiam imaginis per opus voluntarium vel naturale, vel utcunque facta.

106 Quare non est mirandum si constellatio quae imaginem in mente hominis producit in aliquo alio subiecto eandem producat, cum haec ab illa non differat nisi tantum in materia.

107 videmus enim in uno tempore quam innumerabilia animalia alicuius speciei in mundo produci per unam constellationem illius speciei operativam: quod ideo est quia multa materia est apta ad susceptionem eiusdem speciei per eandem constellationem: et ut physice loquimur per actiones et passiones partium elementarium constellationem mutantium.

108 Eodem modo imago mentalis et realis quae sunt eiusdem speciei sese consequuntur, dummodo utriusque materia ad illius formae susceptionem sit proclivis.

109 Et alia concurrunt accidentia quae secundum locum et tempus exiguntur ad rei generationem.

110. Primum quidem et principale accidens ad rei generationem per existentiam imaginis mentalis necessarium est desiderium eiusdem hominis qui imaginatur rem

Alkindus de Radiis.

veritas fiat.

111 Desiderium enim adiunctum imaginationi est tanquam scammonea admixta medicinae quae virtute sua totam medicinam constituit laxativam; sicut desiderium hominis assumptum super motu aliquo ut adveniat alicui vel aliquibus individuis, coniunctum cum imaginatione eiusdem motus reddit eandem imaginem motivam individuorum extra positorum per radios qui ad ea transmittuntur cum effectu motus.

112. Oportet quoque desiderium esse intensum ut effectum motus habeat cum aliis quae exiguntur, quae si negligenter exhibentur ad effectum motus qui intenditur non sufficiunt.

113 Fides quoque de effectu futuro est. Accidens quod cum praemissis est necessarium.

114 Qui enim de effectu desperat, voto frustratur; licet et alia fuerit sapienter exsecutus.

115 Ut enim fides superna spei super eventu desiderato, robur et firmitudo desiderii, iuvans ipsum desiderium ad effectum sicut appositio scammoneae in medicina iuvat eam ut laxet, cum est danda ad medicinam.

116. Hoc autem est diligenter notandum quod praemissa et coniuncta non faciunt rem sufficientem ad motum inducendum per suos radios in re distante nisi imaginatio cum desiderio et fide intus et in spiritu hominis formentur.

117 Unde non habent actualem existentiam sicut res

expansae in

Alkindus de Radijs.

expansa in locis, et id circo per se non consequuntur effectum sine aliquibus alijs adiunctis in actuali existentia nisi forsan raro.

118. Opus etiam exterius vel ipsius imaginantis vel alterius est accidens quod cum premissis concurrens facit motum in materia extra posita sicut in multis est compertum.

119 Ut ergo res in animo concepta in actum exteriorem in Mundo exeat, accidentium actualem existentiam operi procuret secundum quod ea per motus operatores putat ~~possibilibile~~ possibile provenire.

120 Sunt autem duo operum genera per que exhibita sicut oportet res in mente concepta procedit in actum, scilicet oris locutio et manus operatio

121 Aliquis enim sermo est qui ab ore hominis prolatus cum imaginatione et fide et desiderio proferentis, interdum facit motus individuorum actuales in Mundo.

122. Hoc quidem crebris experimentis est probatum manifeste, adeo quod omnes fere hominum nationes verba proferunt quibus credunt motus introduci in res alias elementares.

123. Unde preces Deo et Spiritibus et diversis Creaturis fiunt propter bonum consequendum et malum excludendum, per motus rerum, verborum prolatione, in ipsas introductos: verumtamen cum verbis alia coniungi in plerisque necesse est

ad

Alkindus de Radiis.

ad Stertum.

finis de Radiis stellarum.

Quia ergo.

De virtute verborum.

124 Quia ergo verba eduntur ab hominibus effectū
motus in se continentes, de hoc resumentes dicimus quod
voces in actum productæ radios faciunt sicut et aliæ
res actuales, et quia radij operantur in Mundo ele=
mentorum sicut et alia individua.

125 Et cum sint innumerabiles differentiæ vocum unaquæq;
actualiter prolata suum habet effectum in rebus alijs
elementaribus differentem ab effectu aliarum.

126. Et sortitæ sunt voces suum effectum ab cœlesti harmo=
nia sicut et herbæ et res aliæ, et similiter effectus
qualitatem valde diversam in diversis vocibus.

127 vocum enim quædam confortant operationem Saturni
aliæ Iovis, aliæ Martis, aliæ Solis, aliæ Veneris,
aliæ Saturni, aliæ Lunæ.

128. Item quædam concordant cum quibusdā imaginibus
cœli in effectu, aliæ cum alijs: quoniam quædam
voces prolatæ promovent virtutem Arietis in Mundo
Elementorum, aliæ Tauri, aliæ Geminorum, aliæ Cancri,
aliæ Leonis, aliæ Virginis, aliæ Libræ, aliæ Scorpionis
aliæ Sagittarij, aliæ Capricorni, aliæ Aquarij, aliæ

129. Piscium, aliæ aliarum imaginum in sua sphæra
stellarum depictarum; propterea quod evenit quod
quædam voces prolatæ in una constellatione et dominio

habent

habent effectum suum et alia in alia.
~~Item [illegible]~~
~~[illegible]~~.

130 Item quaedam ~~certarum~~ vocis habent effectum super ignem, ~~et~~ alia super aerem, alia super aquam, alia super terram.

131 Item quaedam vocis prolatae habent effectum super Animalia, alia super Arbores.

132 Item quaedam vocis prolatae habent effectum super unam speciem Animalis vel Arborem, alia super aliam.

133. Item quaedam habent potestatem in uno tempore, alia in alio.

134 Item quaedam habent potestatem in uno loco, quaedam in alio.

135 Item quaedam habent effectum per se, alia vero tantum cum aliis prolata.

136. Item quaedam habent effectum uno modo prolata, ~~Item quaedam habent effectum~~ alia alio modo.

137 Item quaedam habent effectum semel tantum prolata alia nonnisi pluries.

138. Item aliqua per se, aliqua nonnisi cum opere aliquo.

139 Sed et aliis multis modis differunt voces in suis effectibus. Omnibus autem sunt sua potestates attributae a coelesti harmonia, quas res Mundi elementatas dispensat secundum suam diversitatem.

140 Ad effectum autem habendum exigitur semper intentio profectiva, cum imaginatione formae quam per

vocis

Alkindus de Radijs.

vocis prolationem desiderat venire in materiam actualiter.

141 Post hoc sciendum est quod cum omnes voces in actu existentes significant totam rerum universitatem, quaedam tamen expressius significant quasdam res quam alias, et hoc in aliquibus est compertum evidenter.

142. Significantium autem quaedam significant naturaliter scilicet secundum exigentiam complexionis profferentis, ut voces Avium et brutorum animalium.

143 Tales siquidem voces licet habeant effectum sicut et aliae per se suos radios, earum tamen effectus non est ab hominibus compertus sensu nisi in quantum ipsae actualiter prolatae excitant animum alterius avis vel animalis ad aliquod comprehendendum.

145 Compertum est enim quod unum Brutum animal vocat aliud, et quod dolorem exprimit et gaudium, per quasdam voces quas emittunt: habent etiam tales voces semper et ubique effectus similes nisi per inobedientiam materiae impeditae, verum de talibus vocibus hic non disserimus.

146 Sunt autem aliae voces significativae rerum per impositionem hominum, licet ~~em~~ et hae ab harmonia coelesti dispositione recipiant significationem: quia enim homo suam habet substantiam et omnia sua accidentia ab ipsa in hoc loco et hoc tempore, ~~hoc~~ habet quoque ab eadem dispositionem vocandi hominem hoc nomine, et Asinum illo, et sic de alijs in hoc loco et in hoc tempore.

Et quia

147 Et quia diversorum locorum et temporum homines diversis sunt informati qualitatibus in suis vnitatibus regitiuis, secundum suae complexionis exigentiam diversas voces assumpserunt ad res significandas.

148. Accedit ergo ab harmonia primo, et per eam ab hominum complexione talis vocum impositio ad talem rem significandam. vox autem facta significatiua per impositionem et consuetudinem hominum deducta ad significandum proprietatem ex hoc recipit quam antequam significatiua fieret non habebat.

149 Ex quo fit quod radios alterius modi emittit cum actualiter profertur quam faceret cum sine significatione maneret quantum ad homines: vnde contingit quod alium motum ingerit in materiam, quam prius faceret.

150 hoc tamen aduertendum est quod qualibet vox in actu prolata habet suam propriam significationem ab harmonia concessam quam non mutat dum eadem vox manet, quod est in aeternum sicut species herbarum suas proprias habent virtutes ab harmonia concessas quas non perdunt dum durant species.

151 verum hae voces hic habentes suas proprias significationes ab harmonia eas variant ab effectu secundum variationem Naturae et materiae quam significant.

152 vnde fit quod radij earum quae emittuntur cum actualiter proferuntur, quandoque faciunt motum in materia, quandoque non; et quandoque maiorem

motum

motum et quandoque minorem secundum diversitatem Naturae suae et materiae quae patitur a voce cum profertur.

153 Sic ergo omnis vox quae significat per ipsum hominem, significat quoque per ipsum harmoniae instinctum licet frequentius aliter per hoc quam per illud.

154 Cum autem in aliqua voce concurrit significationis impositio ab harmonia ~~dispositione~~ facta et ab hominibus geminatur virtus significationis illius vocis: Si enim hoc nomen homo ab harmoniae dispositione haberet significationem hominis sicut habet ab impositione hominum latinorum, operaretur suis radiis in materiam cum fuerit prolatum virtute duplici scilicet naturali et accidentali, et sic fortius surgeret in effectum: Et idem est de omnibus aliis.

155. Fit autem talis significationum concursus tum a casu quantum ad vulgi opinionem, tum certa humana ratione: homines enim aliqui secreta Naturae tam superioris quam inferioris perscrutantes per coelestem dispositionem comprehensam, multa occulta in Mundo Elementorum comprehendunt.

156 Unde nomina furum et adulterorum et aliorum quae scire voluerunt, per coelestem motum saepe investigarunt per artem quam in huiusmodi mirabili inventione exquisierunt: Et per eandem vocum et Nominum formas, ad motum in rebus faciendum efficaciam invenerunt.

fuerunt autem

Alkindus de Radijs.

157 Fuerunt autem et alij homines adeo felici complexione praediti ut aliquorum nominum naturalis efficacia sua in notitiam per rationem vel per intellectum devenirent bona complexione eorum cognitionem rectificante, et hoc in somnis frequentius quandoque etiam in vigilijs.

158 Opinio etiam multorum est substantias incorporeas hominibus multa revelare quae nec sensu nec ratione fundata in sensu nota fiunt.

159 Casu autem aliquorum verborum virtutes devenerunt in notitiam aliquorum qui cum multa experiuntur aliquid de expertis sic contingit in pluribus; quod cum experimento deprehenditur sic universaliter contingere credit qui ~~[illegible]~~ instantiam in singularibus non vidit.

160 Quocunque dictorum modorum, verborum formae in notitiam devenerunt cum virtute sua attributa, si debitis locis et temporibus cum intentione exacta et solemnitate prolata fuerint, faciunt motus et impedimenta motuum in materia convenienti per radios ab ipsis prolatis exeuntes ad materiam per ipsa possibilem naturâ suâ.

161 Et sic fiunt praestigia in elementis, et motus tum locales tum alterius modi in individuis, et impedimenta motuum: sic itaque generantur aliqua Animalia, et corrumpuntur, et interdum arcentur, interdum attrahuntur, et alia huiusmodi quae vulgo videntur.

videntur mirabilia.

162 Talium autem verborum quaedam sunt significativa rerum apud illius loci homines in quo proferuntur, alia autem nihil significant secundum hominum impositionem:

163. Quae autem carent significatione apud proferentem, si effectum sortiuntur quem intendit proferens, hoc habent ex natura sibi data ab harmonia, sicut virtus est insita plantis ab eadem.

164 Verba autem significativa quandoque iunguntur grammaticè quandoque sine ratione artis grammaticae. Et quae sine ratione artis grammaticae coniunguntur si effectum sortiuntur quem intendit proferens hoc habent ex harmonia sicut et non significativae voces:

165 Quae autem per artem grammaticae coniunguntur, aut faciunt orationem ~~faciunt~~ perfectam aut imperfectam: si imperfectam ab harmonia descendit eorum virtus si quam habent sicut et vocum non significantium per hominum impositionem.

166 Si autem verba coniuncta fuerint in modo orationis perfectae, erit ista oratio vel imperativa vel indicativa vel optativa vel deprecativa vel obsecrativa vel execrativa vel alium loquentis affectum ostendens.

167 Item profertur quandoque psallendo quandoque cantando.

168. Item talis oratio quandoque componitur metricè quandoque prosaicè.

Item quandoque

169. Item quandoque profertur recte quandoque retrograde.

170 In omni dictorum modorum inueniuntur orationes aliquae efficaces ad motum vel impedimentum inducendum in aliquibus indiuiduis, si cum sacra solemnitate proferuntur: Et sunt inuenti dicti modi pronunciandi illis modis quibus ipsas orationes dicimus inuentas esse.

171 Illud quoque experimento compertum est quod interdum indicatiua oratio falsa effectum habet sicut et vera.

172. Inuocatio quoque rerum imaginatarum non habentium ~~actualem~~ actualem existentiam quandoque operatur.

173 Obseruatio quoque facta rebus non existentibus motum inducit in rebus multotiens.

174 Omnia enim verba sicut praedictum est prolata aliquam faciunt mutationem in omni materia elementari: sed tum maiorem cum intentio proferentis accedit: et adhuc maiorem si opus fiat, quod ad effectum exigitur per Naturam.

175 Ista ergo semper motum faciunt vel impedimentum in indiuiduis sed tum demum ab hominibus causatur cum aliquo sensu motus vel impedimentum percipitur: tunc enim bonum vel malum ex illo motu vel impedimento procedit ei qui verbis hac intentione vtitur.

176 Motus autem quos verborum prolatio facit suis radijs in indiuiduis si sensu non fuerint perceptibiles

bonum vel

bonum vel malum faciunt: unde talis prolatio non habet effectum, iudicatur propter effectus paruitatem quae ab hominibus non curatur.

177 Omne autem verbum imo omnis vox tam significatiua quam non significatiua suam habet naturam ab harmonia datam, quâ operatur cum profertur cum debita solemnitate, ut praedictum est: adeo quod si intentio proferentis respiciat aliam materiam quam verba quaerant naturaliter, cassa manet verborũ prolatio; ut in pluribus.

178 Materia autem in qua verba operantur magis propria, est aer et substantiae habentes plurimum naturae aereae.

179 Voces enim sunt formae aereae propter quod sunt ipsae magis operatiuae in materia aerea quam in alia: propterea aer est facilis ad impressiones quam alia elementa: propter quod voces plus efficaciae habent in aereis corporibus et qualitatibus aliorũ elementorũ licet et in alia ~~quaedam corpora [illegible]~~ (~~[illegible] animalium et praecipue hominum~~) quaedã verba effectũ (~~Ex hac causa quidem est quod verba quaedam rite prolata~~) sortiuntur.

180 Ex hac causa quidem est quod verba quaedam rite prolata immutant sensum animalium et praecipue hominum: Spiritus enim hominum est aereae naturae unde de facili

recipit

recipit immutationem per verba, sicut et aliunde

181 Et ex hoc est quod per prolationem quorundam verborum apparent Imagines in Speculo conservata: et ex hoc quod voces quandoque exaudiuntur non prolata ab homine.

182. Ex hoc quoque est quod, ad aliquorum verborum ~~prolationem~~ prolationem in homine adiurato formantur extranea imagines in imaginatione et ratione et memoria.

183 Ex hoc etiam est quod per verborum prolationem immutantur diversa passiones in Anima hominis, scilicet Timor, Spes, Gaudium, Dolor: Et fiunt hac in alijs animalibus similiter.

184 Voluntas quoque hominis ex prolatione verborum immutatur ut appetat aliquid quod per cursum naturalem voluntatis non appeteret.

185 Sic itaque pracipuum Dilectionis per prolationem verborum acquiritur: et mulieres ad Amorem alliciuntur et incendunt aliquorum.

186 Et generaliter omnia virtus animalis per verba prolata cum debita solemnitate in extraneum motum potest transformari: Et dirigitur motus ille in aliquo modorum per harmoniam, sicut et fit per harmoniam, prastantem vim verbis illis ad effectum Thematis.

187. Spiritus ergo hominis vel alterius Animalis

taliter

taliter immutatus facit in suo subiecto voluntatem movendi membra aliquo motu locali vel alio quem prius non habuit nec haberet si verba illa prolata non essent:

188 Ipsam etiam voluntatem alterant verba sicut praedictum est.

189 ~~[illegible]~~ hinc est quod Scorpiones expelluntur a locis per verba, et Lupi et Leones et Mures et Muscae

190 Et hoc quoque modo advocantur Animalia et Aves ad aliquem locum et expectant captionem.

191 In omnibus enim talibus voluntas naturalis sequitur motum Spirituum incantati animalis qui per verba factus est, cum ipsa voluntas in seipsam alterationem recipit per verba transformata in formam novam quam per cursum naturalem non haberet.

192 Licet autem verborum effectus sit maior et facilior in spirituali materia, verum tamen verba cum debita solemnitate prolata effectum habent et proprietatem immutandi omnia Elementa in aliquas formas novas ~~[illegible]~~ et hebetandi naturales suas formas ne faciant quod per cursum suum factura essent:

193 Terra enim cum naturaliter sit frigida, tamen per vim verborum calescit et retinet calorem.

Aqua quoque

Alkindus de Radijs.

194 Aqua quoque quae ponderosa corpora per naturam suam intra se recipit, permittit, per vim verborum quorundam sua natura privatur.

195 Ignis etiam a combustione cessat per verba, combustibilibus ei applicatis.

196 Ex hoc est quod ponderosa corpora per aerem multoties deferuntur praeter solitum naturae cursum: levia quoque vi verborum interdum descendunt, et fiunt fulgura et coruscationes et nubes et tenebrae et alia elementorum accidentia.

197 In omnibus autem radijs a voce procedentes ad rem ipsam dant vel privant eam per suam harmonicam proprietatem aliqua forma quam aliae habent, sicut praedictum est, sicut in Adamante apparet evidenter qui ferrum privat natura descendendi ad centrum cum ei applicatur

198 Cum ergo voces significativae per impositionem hominum in modo perfectae orationis coniunctae proferuntur, ex coniunctione multoties effectum sortiuntur per radios suos quem disiunctae prolatae non habent sicut herbae confectae ex confectione consequuntur effectum aliquem quem non habuerunt separatae, praesertim cum desiderium proferentis suffragatur.

199 Inter omnes autem orationis species optativa plus habet efficaciae, ut potè quae desiderium indicat

Sua

sua significatione, et a desiderio procedit sua naturali existentia, et ideo eius radij efficacius operantur motum in competenti materia quam aliarum specierum radij.

200 Desiderium enim hominis in corde est, quod est centrum à quo fiunt omnes operationes voluntariæ: et habet hoc centrum suam centricam naturam in aliquo conformem centro Mundi.

201 Ipse enim homo indiuiduatus per suam complexionem surgit conformis Mundo.

202 Cum Mundus sive omnis Mundi pars ad eius indiuiduationem operatur: unde est quod centrum Mundi suo modo facit centricitatem in omni homine indiuiduo imo etiam in omni animali.

203 Quare centrum hominis regit ipsum in motibus suis sicut centrum Mundi suo modo regit Mundum in motibus suis.

204 Et ex hoc est quod radij a proprietate Centri hominis procedentes, scilicet a desiderio eius, sunt potentiores in motu faciendo in competenti materia quam radij procedentes ex alijs partibus hominis indiuidui sive ab ipsarum proprietatibus.

205 Et sciendum est quod unius hominis desiderium est naturaliter potentius in motibus faciendis extra, quam alterius complexione uniuscuiusque limitante quantitatem et qualitatem potestatis, etiam ubi

æque

æque intensæ voluntates et desideria sunt in diversis:
quia etiam ubi sunt æqualia desideria per naturam
complexionis, si unius desiderium surgit in actum
intensius quam alterius. hoc quod est intensius continet
efficaciam in motibus extra faciendis.

206. Cum etiam adeo est intensius alicuius desiderium et
opera alia inducit quæ ad effectum sunt necessaria cum
necessaria vocum prolatione eiusdem desiderij, radij consum=
matam assumunt virtutem, ut in rebus extra positis et
maxime in aereis corporibus faciant motus nunc
maiores nunc minores secundum quod locus et tempus
et aliæ circumstantiæ promovent effectum eiusdem
desiderij, cœlesti harmonia omnia faciente in elementari
materia hinc agente illinc quoque patiente per eiusdem
harmoniæ potestatem fortissimam.

207. De observatione ergo et adiuratione perfectius disserentes
dicamus quoniam homines sensu ubi sunt rare rationis
usum per hoc consequuti cognoverunt res huius Mundi
quasdam aliarum causas esse, et etiam causarum
causas esse in rebus pluribus sensibiliter perceperunt.

208. unde ductum rationis ex sensibili conditione rerum
cognita inferentia, causam rerum supremam esse
cognoverunt: cuius conditionem scrutari ratione
quia sensu non potuerunt conantes eam supra omnem
conditionem sensu sibi notificatam exaltatam deficiente
intellectu constituerunt ratione

209. Quamobrem nomina rebus sensibilibus convenientia

eidem

Alkindus de radiis.

eandem omnino in convenientia reputaverunt, nullo nomine proprio ipsam nominari possibile esse putantes.

210. verum ut de ea sermo aliquis apud homines habeatur quaedam nomina accommodarunt rebus sensu notis proprie convenientia, ipsi autem supremae causae omnino convenientia, eam vocantes causam causarum, deum deorum et dominum dominorum, et primum principium et deum et creatorem et alijs pluribus nominibus maiestatem et praeeminentiam significantibus cum tamen magis accommode negationibus habeat designari, ut dicatur infinitus, increatus, immortalis impossibilis et alijs nominibus in hunc modum infinitatis; licet et sic aequivoce cum omnibus rebus alijs nuncupetur.

211 Nomina ergo ad ipsum significandum assumpta, hominum impositione licet improprie habent tamen effectum aliquem cum actualiter proferuntur sicut et alia nomina rebus imposita, mutant enim materiam suis radijs tanto ad motum efficacioribus quanto mens proferentis rem magis credit et intendit nominare.

212 Sicut igitur ab hominibus observationes et preces ad deum dicto modo intellectum a sapientibus et a vulgo speculatum per sapientum doctrinam aut imaginationem; ita quod omnes fere homines sensu et ratione usi credant preces verbis usitatis deo factas, sibi et alijs proficere.

Et inde

Alkindus De Radijs.

213 Et inde inolevit solemnis consuetudo apud hoies Deum adorandi et observandi pro bonis et malis iis habendis illis vero depellendis: Et fiunt tales preces multotiens cum effectu, multotiens vero sine effectu.

214 Succedit autem effectus cum locus et tempus et alie circumstantie suffragantur, destituuntur vero effectu cum deest aliquod quod necessario exigitur ut preces effectum ~~[illegible]~~ sortiantur.

215 Unde preces hominum Deo porrecte quando intenso desiderio cordis et intentione obtinendi studiosa, frustra dicte reperiuntur, cum id quod intenditur maximè obtinetur, in quantum sensu cognosci potest: licet ~~[illegible]~~ et hic aliquid operetur dummodo dicentis ~~[illegible]~~ intentio aliquatenus suffragatur.

216. Verba enim talia sicut et omnia alia cùm actu proferuntur cum intentione aliqua faciunt immutationem in materia suis radijs eandem materiam illustrantibus, licet optatum non perficiant.

217 Cum ergo observationes ad Deum proferuntur ab hominibus qui nullam Dei cognitionem sunt assecuti, dummodo desiderium obtinendi adfuerit et spes vel fides obtinendi, verba sic dicta suum habent effectum, licet de Deo cognitionem non habeat qui verba dicit cum obtinendi voluntate.

Deus enim

Alkindus de Radijs

218 Deus enim a nullo homine cognosci potest; sed talis ignorantia in dicente effectum motus non impedit circa materiam, dummodo dicentis voces et vota affectione cum aliqua solemnitate qua per harmonicam dispositionem exigitur.

219 Orationes ergo et observationes sunt ab hominibus circa casus contingentes facta devotis mentibus et intenso desiderio quae non carent effectu licet quo ad casum in quo fiunt quandoque non proficiant: prosunt enim ad aliquid quo ad nos, quibus ignorantia causarum facit opinionem contingentiae de iis quae quoad causarum ordinem ex necessitate proveniunt; in quo ordine constituuntur quod hoc vel illud debet precibus cum aliis evenire.

220 Sunt ergo preces ad Deum hominibus necessariae ad bonum consequendum et malum devitandum propter suam ignorantiam circa ordinem ~~[illegible]~~ harmoniae in qua multotiens disponitur, sic ut res non fiat nisi preces cum aliis effectum rei in Mundo Elementorum operentur.

221 Non est autem hoc de Deo intelligendum ut ipse qui est omninò immobilis precibus hominum aliquatenus moveatur quantocumque desiderio proferantur: sed ipso deprecato Materia Elementaria movetur precibus ut physicè loquamur, quae per coelestem dispositionem primo loco et principaliter talem motum recipit ut metaphysicè causae effectum simpliciter proferamus.

Cum ergo

Alkindus de Radijs.

222. Cum ergo observationes fiunt ad Deum ab hominibus
devotis mentibus et proclivis desiderijs cum debita
solemnitate, pro aliquo motu in ~~debitam~~ subiectam materiam
inducendo sequitur optatus effectus, harmoniâ
omnia in omnibus procurante.

223. Non autem solummodo ad Deum diriguntur observationes
sed etiam ad spiritus, qui ab aliquibus hominibus
esse creduntur, licet eorum existentia sensibus hominum
non sit perceptibilis.

224 Credunt enim plurimi Angelos esse substantias
incorporeas habentes potestatem faciendi motus in
rebus elementatis: Credunt etiam homines corpore
solutos spiritualem existentiam retinere et quandoque
motus facere in hoc Mundo: et ad hoc faciendum
effectuosis precibus hominum indui.

225. Sunt autem alij quorum sententia et fides a sensu
tantum derivatur et ideo spirituum naturam esse
non credunt in aliquo modo existendi qui ad humanam
cognitionem possit pervenire.

226. Quod enim motus et imagines fiunt in aere vel in
alio elemento vel elementato quae per naturam vulgo
notam fieri non solent non esse ex operatione spirituum
sed tantum ex conditione coelestis harmoniae materiam
aptante ad talia motus vel talium imaginum receptionem
per actiones aliarum rerum corporearum eandem

materiam

materiam movendum ad similitudinem harmoniae
ut sunt orationes nomina et etiam aliqua alia
ut herbae et gemmae.

227 Quaecunque autem super his fuerit fides observantia
sequitur effectus dummodo cum summo desiderio pro-
nunciet, et cum debita solemnitate operis vel alterius
motionis.

228. Et haec de observatione quae est oratio deprecativa ad
virtutem operativam directa ad motum eliciendum
in aliqua materia assumpta in cognitione profe-
rentis.

De Adiuratione

229 Adiuratio autem est oratio deprecativa ad
naturam motiva sive ad materiam movendam directa,
conditionem tum virtutis operantis tum eiusdem materiae
exponens: fiuntque adiurationes per Dei opera et spirituum
aut vera aut putativa quae aut facta sunt aut putantur.

230 Et similiter fit adiuratio per passiones quas habet vel
habuit vel putatur habere vel habuisse subiecta materia
ut aqua coniuratur per suam liquiditatem et per passionem
consistentiae quam habuit aliquando in aliquo loco se-
cundum relationem historiae: parum autem refert ad
habendum effectum motus an sint vel non sint, aut
fuerint vel non fuerint operationes et passiones per

quas fit

quae fit Adiuratio dummodo intensu desiderium sit in Adiurante cum debita solemnitate: falsa enim oratione interdum habent effectum motus in materia per coelestem largitionem sicut et vera.

231 Exsecrativa Oratio est malorum appositio per directionem ad materiam sive naturam motus sub modo loquendi aut optativo aut imperativo vel obsecrativo: et habent quaedam tales orationes effectum motus cum exacta solemnitate exhibita.

De Interrogatione

232 Interrogativa orationes et enunciativa laudis vel vituperationis effectum habere quandoque reperiuntur per desiderium intendentis: sed non sunt ita efficaces ut in pluribus sicut in observatione et coniuratione

233 Proprius etiam modus dicendi quandoque operatur ad effectum: multotiens enim cum cantando vel psallendo pronuntiatur, operatur effectum quo caret si uniformiter proferatur.

234 Et hanc diversitatem sicut et alias operatur dispensatio coelestis quae omnia in omnibus operatur per suam virtutem fortissimam.

235 De verbis ergo per hominum dispositionem significativis sit sic

Alkindus de Radiis.

Sic sunt ad praedicta determinatum à nobis adiacentibus quod sunt nomina quaedam quae nullam recipiunt significationem de impositione humana, prolata tamen cum intentione magnum videntur habere effectum.

236. Et de his quaedam Dei nomina reputantur, alia vero Spirituum sive Stellarum sive Signorum.

237. Dei autem nomina ideo ipsi attribuuntur ab hõibus quia habent in sua naturali existentia respectum ad Deum non quidem quod Deum definiant, hoc enim est impossibile omni rei particulari, sed quia de ipsius manifestatione signum expressius et plus in sua naturali significatione contineant, modo vocibus convenienti: Et ideo talia nomina sunt in effectu efficaciora coelesti harmonia producente ea in suis proprietatibus activis, cum respectu ad Supremam Maiestatem.

238 Simili modo nomina formantur in Mundo Elementorum ab harmonica operatione Spiritibus et Stellis et Signis sigillatim in potestate conformibus.

239 Unde cum proferuntur cum intentione et debita solemnitate operantur in Materia, quod Spiritus et Stellae et Signa, comparis sui, natura habent operari: alterum enim per alterum huiusmodi operatur, cum superioris operatio sit nominis

comparis

comparis causa operatiua cum temperamento omnium aliorum coelestium corporum.

240 Et sicut Spiritus et stellae et signa differunt multifariam in natura et operatione: Sic nomina diuersam naturam ab ijs recipiunt et essentiam et motus in Materia elementari per radios quos emittunt super res elementatas cum proferuntur cum intentione et debita solemnitate.

241 Et quorundam talium notitiam consequuti sunt quondam aliqui sapientes qui per eorū prolationem et virtutem cum debita solemnitate mirabilia multa fecerunt, imò coelesti et elementari Naturae oportunitatem opere suo procurauerunt. Et haec de verborum virtute dicta sufficiant.

De figuris

242. Manualis autem oratio res elementatas certificat ad effectum motus: crebris enim experimentis probauerunt sapientes figuras et characteres in diuersis materijs opere hominum exaratos cum intentione et debita solemnitate loci et temporis et aliarum circumstantiarum effectum motus in rebus exterioribus habuisse, quod non est nisi quia omnis figura actualis, imo omnis forma in elementari natura impressa radios parit qui in rebus alijs aliquos motus operantur sicut supra dictum est:

et habet

et habet unaquaque ~~forma~~ figura suam naturam
et virtutem diversam ab alia sicut earum formæ
sunt diversæ

243 Quocirca sunt quidam Caracteres potentiam et virtutem habentes super ignem, quidam super aerem, quidam super aquam, quidam super terram: quidam in oriente, quidam in occidente, alij in meridie, alij in Septentrione: quidam in alto, alij in profundo: quidam in specie hominis, alij in alijs speciebus animalium: quidam in herbis et arbustis unius speciei, alij in herbis et arbustis alterius speciei.

244 Quidam etiam Caracteres cum debita solennitate exarati confortant operationem Saturni, alij aliorum Planetarum et Stellarum fixarum.
Item quidam concordant cum Ariete in effectu, alij cum alijs signis.

245 Et totam hanc diversitatem circa figuras in virtute et effectu operatur coelestis harmonia, tribuens unicuique virtutem suam faciendi motus in corporibus extrapositis per radios quos emittit diversi effectus, secundum quod figuræ in suis formis sunt diversæ, sicut supra de vocibus dictum est.

246. Omnis ergo figura corporis suis radijs operatur in alia corpora motum alicuius speciei, sed illa præcipue talem habet effectum quæ voluntate hominis et opere procedit in ~~effectum~~ actum per intentionem alicuius

motus faciendi

motus faciendi suo loco et tempore et alijs circumstan-
tijs adhibitis secundum exigentiam dominationis
harmonicæ.

247. Unde à sapientibus qui secreta utriusque naturæ perceperunt, quidam Characteres sunt inventi qui cum debita solemnitate exarati effectum portant super morbis depellendis sive inducendis in homines vel alia animalia:

248. Sicut quidam Characteres sunt, qui facti in debita materia et cum debita solemnitate suis radijs depellunt Lupos aut Serpentes aut Muscas a locis tam propinquis quam remotis.

249. Et si compertum quis Character talem habeat effectum. quæ etiam solemnitas in faciendo characterem alicuius figuræ sit adhibenda in aliquibus per coelestem dispositionem dominantem in aliquibus per studentis industriam invenientem, in aliquibus per spirituum revelationem tum in somnis tum in vigilijs, in aliquibus vero casuali experientia, sicut supra de verborum effectu dictum est.

De Imaginibus

250 Fiunt quoque Imagines hominum et Animalium diversarum specierum cum observatione locis et temporis et aliarum solemnitatum quæ in actualem existentiam solemniter productæ per hominis opus thema aliquod intendentis, effectum motus in rebus sortiuntur scilicet promotionis vel prohibitionis coelesti harmonia

imaginem

imaginem taliter factam informante in virtute sua per suorum proiectionem radiorum.

251. Et Imago ad sua similitudinem radios suos proijcit in res elementares et eas movet aliquo motu virtute radiorū suorum quam ab harmonia recipit.

252. Et species Imaginum diversam exigunt materiam secundum quod fiunt in diversis constellationibus, diversas quoque operis solemnitates, quorū omnium notitia natura stellarum et natura materiei concordantis vel discordantis cum proprietate constellationis et à notitia virtutis verborum et operum quae in formatione Imaginis, cum operantis intentione exiguntur.

253. Taliter conservata Imagines ab hominibus haec servata natura scientibus demonstrantur, retinentes effectum motus sicut in pluribus apparuit manifestè.

254. Imago autem Animalis quatenus est simulacrum aialis quod habet centrum et unitatem regitivam ad aequalitatem propius accedentem, sicut Mundus habilior est ad recipiendum virtutem per verba et opera in sui conformatione adhibita ab homine alicuius thematis effectum intendente cum voluntate et sufficiente desiderio quam sint reliquae species quae habent centrum et virtutem vel unitatem regitivam distantem plurimum ab aequalitate.

255 haec enim maiorem portant in se et in radijs suis similitudinem cum Mundo qui est perfectae aequalitatis quam illa.

256. Opera hominum consueta consuetas in rebus corporeis

inducunt

inducunt passiones, et opera dissueta dissuetas inferunt in rebus passiones: per consuetudinem enim operatur mundana Materia ad consueta formas recipiendas per consuetas actiones.

257. Actiones vero praeter solitum factae sibi consuetam Materiam non inveniunt quocirca necesse est ut insolitae formae per tales actiones producantur.

Hinc est quod verborum retrograda prolatio in Materia aliqua formam et motum insolitum producat.

258. Et similiter filaminis retorsio motum facit quem solita torsio non facit.

259. Et idem est in omnibus operibus hominum extra consuetudinem gestis cum intentione inducendi aliquam speciem motus in Materiam imaginatam.

260 Verum non quicquid intenditur statim per talia opera in actum procedit sed tum demum cum tali operi talis virtus infertur a coelesti harmonia quod quando et qualiter proveniat ~~est~~ in aliquibus est compertum a sapientibus aliquo modorum praedictorum.

De Sacrificijs

261 Inter opera hominum manualia plus efficaciae et potestatis inducendi motus in elementa et elementatas inveniuntur habere Sacrificia quibus aliqua Individua ab actuali existentia in non-esse corrumpuntur.

262. Et quanto ea quae opere hominis corrumpuntur in

non-esse

Alkindus de radijs.

non. Illae sunt magis accidentia ad aequalitatem comple=
xionum tanto opus illud inuenitur habere majorem
effectum, vel frequentius.

263. Vnde mortificatio Animalis cum mortificantis inten=
tione et aliis solemnitatibus prae caeteris sacrificijs
certius operatur et efficacius quiddam intenditur: quod
rationem naturalem habere videtur.

264. Omne enim Animal centrum habet, et unitatem regi=
tiuam et complexionem proportionatam in suis partibus
habet, quam sortitur a coelesti harmonia ipsum taliter
Mundum producente: Et similiter ipsa eadem harmonia
omne Animal producit in omni sua conditione.

265. hinc est quod dum viuit Animal, idem Animal informat
partem Mundi elementaris suis radijs, et in eas tanquam
in materia agit suo modo.

266 Cum autē moritur naturaliter, morte sua Mundum
non mutat nisi secundum quod Natura uniuersa in
cursu suo demonstrat. Cum vero moritur actione hoīs
contra Naturae cursum, Mundi materia contra Naturā
mutationem incurrit; propterea quod ipsa taliter alterata
habilis redditur in aliqua sui parte ad receptionem motus
et formae quam secundum Naturae cursum propriā recipere
non debuit.

267 Vnde Imaginatio hominis et intentio et desiderium
concurrens cum opere mortificationis Animalis effectū
vehementis sortitur cum sacra solemnitas adhibetur.

Imaginatio

Alkindus de Radiis.

268 Imaginatio enim hominis et intentio super materiam
movendam et formandam cum opere exteriore potestatem
habet quam surgit in homine qui Minor Mundus dicitur
ratione Centri et unitatis complexionatae et universitatis
rerum in loco Imaginationis contentarum per quam
Mundo universo similis est in virtute et effectu.

269 Et cum adhibetur sacrificium ab homine potestas illa
duplicatur propter causam dictam.

Fiunt ergo motus subiti tam in Elementis quam in
corporibus elementatis tam inanimatis quam animatis
per sacrificiam Animalium cum debita solemnitate
exhibita cum intensione et desiderio thematis in actum
producendi, coelesti harmonia effectum operis dispensante
sicut saepius dictum est.

270 Est autem una species Animalis in quodam Themate
efficacior ad inducendum motum quam alia si sacrifi-
cetur: Et hoc a coelesti causa procedit, quod norunt
illi qui longo studio vel alio modo sapientiam secretorum
naturae sunt adepti

271 Fiunt quoque alia sacrificia a praedicto, ab hominibus
intendentibus motus et formas ~~in~~ in aliqua materia
praeiacente inducere: Nam carnes Animalium in igne
comburuntur: Thus et aliae species adolentur nomine
sacrificii, quod quia valde ad effectum alicuius thematis
est competentum a sapientibus fiunt talia sacrificia
ab hominibus effectum desiderati thematis intendentibus.

Sed huiusmodi

~~Alch~~ Alkindus de Radijs.

272. Sed huiusmodi sacrificia in sui natura non habent
efficaciam quam habent Mortificatio Animalis quia
huismodi res in sacrificio oblatæ non habent tantam
similitudinem cum Mundo ut habent Animalia, quia
longius distant ab æquali complexione.

273. Unde earum corruptio ab homine facta per ignem vel
alio modo non tantum movet mundanam Materiam
quantum facit corruptio Animalis per hominem facta,
nisi forsan aliquorum verborum et alterius rei additio
augmentet effectum

274 Homines autem quibus fides facta est, quod spiritus
habent esse suo modo, et operantur motus et formas
in Materia elementari, credunt eos sacrificijs induci
ad faciendum quod intentio sacrificantis desiderat.

275 Unde ad honorem et placationem spirituum tanquam
potestatem habentium sacrificia offerunt sperantes
et credentes eorum suffragijs malum excludi et bonum
procurari secundum speciem Thematis quod intenditur.

276 hæc autem opinio sicut dictum est, ex radice sensus
naturali non surgit in Anima hominis et ideo
an sit erronea ab omni homine ignoratur.

277 Sed opinionis falsitas in huiusmodi effectum non
impedit in opere sacrificantis dummodo idem sacri-
ficium ab harmonia coelesti recipit virtutem faciendi
id quod intenditur, sicut est in herba quæ ad vulnus
apposita a suo naturali effectu non impeditur, licet

eam apponens

tam apponens non credat quod valeat.

278 Ipsi quoque Deo afferuntur diuersorum modorum sacrificia ab hominibus quibus fides facta est ipsum sacrificijs placari et beneuolum reddi, ut bona tribuat et mala depellat.

279. Sed si et haec opinio non contineat veritatem, valeat tamen sacrificium ad effectum Thematis quod intenditur per suam naturam et radiorum proprietatem quam recipit a coelesti causa si cum debita solennitate offeratur, sicut plurimi sapientes experimentis probauerunt.

De Initijs Operum.

280 Scire autem bonum est quod stella et signum habentia dominationem in coelesti harmonia in inceptione cuiuslibet operis voluntarij regunt illud opus usque ad finem suum: unde si sint fortunata defendunt opus idem ab impedimento, si vero fuerint infortunata idem opus inuoluunt impedimento.

281. Et cum unaquaeque stella et quodlibet signum sua habent propria nomina et suos characteres sibi in virtute et effectu conformes, sicut praedictum est in cuiuslibet operis voluntarij inceptione, prolatio nominum est necessaria: quae si fuerint cum stella vel signo

vel signo concordantia naturaliter opus dirigunt
si vero discordantia opus perverterunt.

282. Et similiter figurarum formatio in inceptione cuius-
libet operis voluntarij est utilis ad expediendum vel
impediendum secundum quod eaedem figurae concordant
cum stellis et signis tunc dominantibus vel discordant.

283. Quae autem Nomina et qui Characteres cum quibus
operibus conveniunt, scitur aliquo modorum supra-
dictorum de huiusmodi.

284 Hinc autem manifestum est quod Orationes et Obse-
crationes et Adjurationes verbis significativis
ad placitum humanum factae cum voluntate et
desiderio in initio cuiuslibet operis voluntarij valent
ad eiusdem operis directionem, vel si fiat imprecatio
ad operis impedimenta.

285 Talia etenim verba mutant naam opera aut
semper aut frequentius, scilicet cum concordant
cum constellatione illius temporis in quo proferuntur
vel discordant.

286. Similiter sacrificium in inceptione cuiuslibet
operis voluntarij rite exhibitum multum habet
efficaciae in eodem opere rectificando vel discordando
dummodo in loco et tempore et alijs circumstantijs
necessarijs exhibeatur.

287. Antiqui autem Medici dictam virtutem verborum et
figurarum

Alkindus de Radiis

figurarum scientie omnes herbas quas carpebant
ad medicamenta facienda cum praemissis Incan=
tationibus vel formatione figurarum vel vtrisque
coniunctis assumebant, putantes eorum vim et
virtutem depellendi morbos taliter augmentari
quod quidem verum esse non est dubium ijs qui
secreta coelestia et elementaria Naturae nota
habent.

Explicit Liber Alkindi
de Radiis.

Ad Appium rabientem
satyricè in adeptam Philosophiã
amuletũ apologeticũ.
Item la traduction françoise.

Ex libro manuscripto Trithemii
Experimenta

Notanda ex Anonymo commentarii
in Cosmopolitam

De Materia vniu. Sali
ex Io. vuolfgango

Diagraphe Anonymi rosea' crucia

Arbor Pansophia' rosea' crucia

Ad Appium

rabientem Satyricè in adeptam

Philosophia

Amuletum apologeticū.

1 Est sub futilibus tradita fabulis
Ars, quam Doctor iners despicit improbè;
Fonte, ut iactat, equi doctus ab alitis
Musis sorbilibus sedet
Naturæ genij arbiter.

2. Si nusquam sonipes aliger extitit
Percussis latices rupibus excitans
Cur vestes Asinos artibus imbui?
Vestam extinguere quis valet
Ficto profluvio sitim?

3 Vulgus sensibili cortice carpitur
Coecum, nec penetrans ulterius sapit:
Addictus patulo sic malè textui
Non enunctus olet sua
Doctor mystica fabula.

Ars præstat

Anonymi . ad Appium

4 Ars praestat reliquis uberior omnibus
Antiqui chalybis rupibus abditum
fontem, qui renouat praeteritum senis
Ver postliminiò, genas
Intonsi iuuenis fouens:

5 Vernat post rigidam canitiem senex,
Tandem vel ~~[illegible]~~ sapiens experientiâ
Fit doctus iuuenis: Qui hos laticis semel
Impubes biberit, viget
firmus roboribus viri:

6 Vitales iterum sunt modo spiritus,
Sic cor sic cerebrum dignius excoquunt,
Sic mens nobilius splendet ab organo:
Altùm sicque ~~[illegible]~~ sapit rudis
Obmisso studio puer.

7 Hos tali laticis excute Pegaso;
Instar fiat equi, machina conterens;
Alis ac vtero quam prius instrue,
Pertuso chalybis sinu:
Ne fontis sitias fugâ.

fons noster

Anonymi · ad Appium

8 Fons noster volucri flumine prosilit,
Et sicco tenuis voluitur alveo
Sursum, nec latices in liquidos scatet
Donec cuspidibus chalybs
Magnetis cadat humidi.

9. Huius vivifici fontis in intimo
Aurai nucleus simplicis igneus,
Subtilis tegitur cortice terrei:
Ignis sic gelidis aquis
Securè calet insitus.

10 Rupes nota Sophis abdita caeteris,
Vili charâ malè aerugine considet,
Radices tenui firmat in aere
Magno condat acutior
Ut mysterio humi caput.

4 Hoc rupem chalybis nunc ego carmine
Pertundo; Medici sistite paululum,
Erumpit subito fons sacer impetu:
Siccandas madidas togas
Et barbas famulis date.

Zobis hippocratis

Anonymi. ad Appium.

12. Vobis hippocratis discipuli, patrae
Quod non Mercurij traditio latet
Viva voce vocant quod Paracelsicae
Quod vestrae docuit Stilus
Exscriptum numeris dico.

Dixi.

Remede ou Preseruatif apologetique pour Apiua, medisant satyriquement contre la Philosophie adepte.

1 Vn Art nous est enseigné soubs des fables de nul prix : lequel Art vn Docteur ignorant mesprise malicieusement, se vantant par tout qu'il a puisé sa Doctrine de la fontaine du Cheual aislé : de sorte que ce Docteur se reposant parmy ses Muses ou liures qu'il deuore et parcourt a la haste il s'imagine qu'il est l'arbitre ou Iuge de toutte la Nature.

2 Mais si le Cheual aislé et frappant du pied n'a iamais esté, et que par consequent il n'aye point esbranlé les Rochers ny qu'il n'en aye point faict sortir les Eaux ; pourquoy croirons nous que des Asnes puissent auoir la cognoissance des Sciences ou des Arts ? Car qui est ce qui pourroit esteindre sa veritable soif par vne source d'Eau imaginaire ou feinte ?

3 Tout ainsy que le vulgaire aueugle qui ne s'amuse qu'a l'Escorce sensible et qui ne peut penetrer plus auant, demeure tousiours plongé dans son ignorance : De mesme nostre Docteur s'arrestant grossierement a l'estendue ou superficie de la ~~[illegible]~~ lettre n'a pas assez de nez ny de prudence pour pressentir ou iuger le sens mysterieux de la fable.

Il y a

4. : Il y à vn certain Art le plus vray & asseuré de tous, qui nous donne la cognoissance d'une fontaine cachée dans les Rochers d'un ancien Aride : laquelle fontaine renouuelle de temps en temps le Printemps passé des vieillards, coe aussy elle entretient & conserue le teinct des Adolescents qui n'ont point encore de poil aux iouës :

5. Tellement que l'homme vieil retourne en son Printemps apres quil a souffert vne fascheuse vieillesse ; et ainsy par son ancienne & sage experience il deuient vn docte Iouuenceau : Et mesme quiconque estant encore ieune aura beu de ces Eaux il acquerra la force d'vn homme vigoureux :

6. Les Esprits de son foye deuiendront pleins de vie, son Coeur & son Cerueau en seront plus dignement leur cocion : Et son Entendement en sera plus noblement esclairé par les organes : Et qui plus est si vn ieune Adolescent boit de cette Eau il deuiendra vn treshabil & scauant personnage sans quil soit necessaire quil perde son temps aux Estudes communes.

7. : Mais il faut que vous tiriez ces Eaux par le moyen de ce Pegase : faites vne Machine qui brise & broye a la façon d'vn Cheual : Mais accommodez au parauant a cette Machine des aisles et vn ventre, en faisant vne ouuerture dans le sein de l'Aride ; de peur

que

que par la fuytte ou perte de la fontaine vous ~~[illegible]~~ ne souffriez ~~point~~ de la soif.

8 Car nostre fontaine s'eschappe et s'esleue par fois come vne Eau volatile: Et par sa legereté delicate elle se circule en haut dans son sec bassin, de sorte qu'elle ne rejallisse point en Eaux liquides si ce n'est quand l'Acier vient à estre brisé par les pointes penetrantes de l'Ayment humide.

9 Et parce que le centre igné de l'Air pur et simple se caché ~~par~~ soubs l'Escorce d'vne subtile Terre dans la profondeur de cette fontaine viuifique; de la vient que son feu tient sa chaleur souuerainement enfermée dans ses propres Eaux congelées.

10 Et encore que nostre Rocher, cognu des Sages, et caché à tous autres; paroisse auoir ses fondements mal placez sur vne vile, mais chere rouille; il y affermit touttefois ses racines en vn Air subtil et espuré, afin qu'estant deuenu plus penetrant il puisse par vn grand Mystere caché ou establir son chef en Terre.

11 Maintenant par ce discours ie vous ouure ce Rocher d'Acier: Arrestez vous y donc vn peu vous autres Medecins; et voyez comment cette sacrée fontaine descoule par vne soudaine et prompte impetuosité: donnez charge à vos valets Artistes qu'ils en dessechent les robes et les barbes humides.

O Disciples

d'un Anonyme à Appius.

12. O Disciples d'hippocrate, et Peres qui sçauez par tradition ce que c'est que Mercure, et qui estes appellez vrays Paracelsistes je vous consacre et vöue ce mien Escript qui n'est rien autre chose que ce que vostre style nous a appris.

J'ay dict.

Ex libro Experimentorum Trithemij manu scripto.

Experimentum mirabile per quod omnia appetitus et virtus coeundi naturaliter sine laesione potest auferri.

Hominem novimus doctum et vitae continentioris amatorem qui cum aliquando nimio tentaretur fervore libidinis, et multa in contrarium remedia sine effectu probasset, tandem à quodam Experimentatore instructus, succum herbae hyoscium viridis expressit, et ipsa herba contusa circa virilia sua, et partem inferiorem ubi luxuria fervere solet, in modum emplastri ad nudas carnes posuit et ligavit in tantumque infrigidavit, quod omnis illicitus motus cum appetitu penitus per multos menses cessaverit. Audivimus autem à quodam qui hoc idem probavit quod hanc herbam cum succo per 24 horas portavit circa virilia et infra umbilicum ligatam et per integrum Annum, nullum in se motum libidinis sensit.

Ex Trithemii Manuscripto.

Ad infatuandum Canes venatorum ita ut nihil capiant, illa vice et loco.

℞. vulvam, idest, et renes, et pinguedinem Caniculae cum fuerit libidinosa et cum istis fac ad modum unguenti, quo soleas Calceorum inungas, et saepius reitera tincturam: et transi per loca ubi Canes ituri sunt.

Ad tollendam ab homine pinguedinem nimiam sine periculo remedium efficax et probatissimum. et in una Comitissa Italiae expertum per Petrum de Abano medicum.

℞. Apium risus quod reperitur in Pratis et contunde et pone ad quantitatem fabae super crus tuum quatuor digitis super talum, et veniet pustula una modica supra quam pones Emplastrum de herbis subnotatis. ℞. Apium hortulanum, Millefolium, farinam triticeam, Pyretrum, Enulam, Altheam, Baccas Lauri, Serpentinam, Esulam maiorem: contusisque his omnibus et Emplastro facto pone super pustulam

bis ante

bis aut ter in die, et bibit Aqua valde multa pinguedinis, quae si ponatur in lampade et accendatur ardebit sicut oleum. Cum autem satis biberit volueritque sanare vulnus, suppone Thus album contusum cum oleo olivae facto emplastro, et statim sanabitur. Nam hoc modo Comitissa facta est sana.

Ut Serpentes appareant in Aqua

℞. viscera Ovium et in quolibet bene abluto pone unciam unam Mercurii, et proiice in Aquam calidam, et movebuntur sicut serpentes. pictura poterit dari color ut volueris.

Si impleatur saccus Calce viva et hyosciamo pari quantitate, et ligatus ad lapidem ne supernatet proiiciatur in Aqua stante in qua sunt pisces, odore percepto, iacebunt ut semi mortui, quos manibus capies.

Uvas immaturas circa festum Nativitatis Mariae collectas, Nuces Avellanas contusas, cum adhuc sunt virides pone simul in Oleo in Cella per Mensem ita ut non respirent postea simul extrahe omnia, et per pannum cola: postea cum hoc oleo

et novo ellichnio

et nouo ellichnio fac Lampadem, quae ubi fuerit accensa catenae serpentes apparebunt in parietibus ex opposito vuae pendentes.

Contra Tertianas in me et in multis alijs.

Anno Domini 1500. Mense Augusto febres me diutissime vexabant ita ut Paroxismus ad horas 15 duraret: Accepi Radices herbae quae dicitur Corona Cleri, et lotas in particulas minutas concidi, posuique in Scyphum et tantundem boni vini superinfudi quantum uno haustu bibere potuissem, coopertum Scyphum per horas 24 stare permisi, postea parumper ante Accessum ubi horrorem cepi sentire frigoris Paroxismi vinum cum Radicibus unico haustu epotaui, lectoque me composui et bene cooperui vestimentis, sicque iacebam horis fere 4^{or}, et conualui: ita ut non redierit febris: Quod si una potione nō recesserit adde 2, 3, vel 4^{or} praedicto modo et curaberis: Multos ego hoc remedio curaui etiam quos Medici non potuerant.

Militem.

Ex Trithemij Manuscripto.

Aliud mirabile.

Militem novimus qui multos suo tempore febricitantes absens solo verbo et intentione quasi miraculose curasse dicebat: qui mox ut aliquis ad eum venisset pro febricitante aliquo supplicans ad cameram secessit, et in secreto flexis genibus ad terram complosisque manibus intentione dicebat fortissima quinquies ~~ter~~ Jhesu salutis sana infirmum. Pater noster etc. Ave Maria etc.

Virtutem hanc in numero credebat esse in numero quinario. Et hoc fides Doctorum non admittit, ita ut virtus Dei sub numero sit inclusa:

his peractis ad missum dicebat, vade quia infirmus tuus pro quo supplicasti convaluit, duc eum ad Ecclesiam et coram Altari flexis genibus in honorem vulnerum Christi dicat quinquies Pater noster et Ave Maria.

Sed quando erat in peccato mortali nihil proficiebat in his operationibus suis. Multa faciebat per quinarium numerum mutatis verbis secundum convenientiam propositi, ut ad secretorum revelationem per somnum, Jhesu veritas

aeterna

aeterna ostende veritatem. Ad scrae aperiendae Jhesu Clauis David aperi seram &c. Et multa his similia. hac tandem moriturus fratri Aquino Confessori suo reuelauit, cum iureiurando contestans ne reuelet ea Zaphophagia, qui multa mirabilia per ea fieri posse contradicunt.

Ut faciat apparere homines in quacunq; forma bestiali volueris.

℞. Oculum Bubonis, oculum piscis qui vocatur Astura, et fel Leporis: hac omnia simul pone in vase vitreo: Et cum volueris operari accipe pinguedinem cuiuscunque Bestiæ voluerís figuram induere, et mixtam cum prædictis lychniũ Candelæ quam bene inunge, lumen desuper conficiens de Cera, quod ceteris extinctis incende, et apparebunt homines in forma illius bestiæ cuius pinguedinem sumpsisti.

Miranda de Terra quadam

Quædam reperitur Terra mineralis siue Magnesia, a quibusdam Vuismuth appellata, quam recentem distilla igne graduato duodecim horarum

spatio

Ex Trithemii Manuscripto.

Spatio: Aquam rectifica.

virtutes huius Aquae

Si libram in vitrum immiseris bene obturatum adeoque relictum: Aqua fiet huius crescentia in Plenilunio, decrescentia vero in Novilunio.

Si una pars auri limati immittatur in octo huius Aquae, Anima auri trina cohobatione extrahetur instar Olei residentie, de quo fieri potest projectio supra Lunam.

Si radicem alicuius Plantae integrae siccam huic intromiseris Aquae, virescet Planta imo florescet si praedita sit floribus, intra paucas horas.

Si huic Aquae Spiritum vini miscueris deinde Sal alicuius Plantae: vasque vitreum obturatum trium dierum spatio intactum reliqueris, Plantae videbis figuram in vitro, quod si movetur decidit figura, quae tamen post quietem denuo sese prodet.

Ad Pulices

Decoctum ex Absynthio viridi per Cubiculum aspersum et effusum fugat Pulices.

Experimentu mirabile de Pulegio.

Si quis in die Nativitatis S^ti^ Joan. Baptistae sub Aurora manipulum Pulegii collegerit, et extra Solem in umbra servaverit ut arescat: si eadem herba

in nocte

216

in nocte Natiuitatis Dni ponatur in Altari in quo prima Missa dicenda est in media nocte, mox reui= rescet pulegium ac si non esset desiccatum.

Ut Serpentes appareant in Aqua.

Rx. viscera Ouium, et in quolibet bene abluto

bis. pone unciam unam Mercurij: et projice in Aquâ calidam: et mouebuntur sicut serpentes, picturâ poterit dari color ut volueris.

Si impleatur Vacca calce viua, et hyosciamo pari quantitate, et ligatur ad lapidem ne super=

bis. natet projiciatur in aqua stante in qua sunt pisces, odore percepto jacebunt ut semi mortui quos manibus capies.

Si volueris Rosas in hyeme

Pone eas maturas in vase de lignis quercinis, os superius sit strictum et diligentissime occlusum ne Aqua ingredi possit: Postea pone ipsum vas cum Rosis in puteum profundum.

Notanda ex Anonymo commentarijs in Cosmopolita.

Est Terra quae et quidem ratione generalis sui principij, vniuersalis; respectu vero forma specifica diuersis in locis particularis est, atque vno in loco melior inuenitur quam in altero, Est dum vt Terra mineralis ipso actu omnibus alijs praeferenda, atque Terra Magnesia id est Visemuth:

huius librae nouem antequam ignem sentierit ex Retorta cum magno Recipiente per gradus ignis distillamus horis duodecim:

Et distillat nobis Aqua dulcis alba quae post rectificationem dulcior euadit:

huius Aquae si libram vnam in vitrum cerâ bene obductum miseris et Aeri exposueris, videbis summa cum admiratione Aquam in Plenilunio augmentari: Et in declinatione et Nouilunio diminui.

haec Aqua quoque spatio duorum dierum ex Auro trahit suam animam: Et si cohobatur

tribus vicibus

Ex Anonymo in Cosmopolitam.

tribus vicibus anima Auri instar olei rema=
nebit in fundo: Et pars una olei transmutat
partem Argenti unam ejusdem ponderis in verris=
simum Solem:

Ex omnibus Metallis extrahit animam, et
potissimum ex Sole et Marte.

Item si radicem herbae alicuius integram, et adeo
exsiccatam ut manu pulverisari possit, per tres
aut quatuor horas huic aquae immiseris,
planta adeo virescit, ut eam ex tempore collectam
credas; quae si cum flore fuerit, florescit.

Item: verse in hanc Aquam Spiritum ardentem
et Sal ex herba extractum, et ponito vas ut
sit immobile, et videbis spatio trium dierum
herbam in Aqua crescere: Si vero vas movetur
vel agitatur, perit: Et dum quiescit, rursus
apparet.

Item recipe Caput mortuum prioris distillationis,
et ex eo cum Aqua Sal fixum extrahe et adde
illud propriae suae Aquae: distillando per Retortam
habebis Aquam quae Aurum radicaliter solvit,
similiter ut glaciem aqua calida beneficio
liquescit:

Ex Anonymo in Cosmopolitam.

liquescit: Et sic verum Aurum potabile ad Epilepsiam, hydropem, Apoplexiam, Paralysin &c.

Aliqui huic crudae materiae antequam distilletur attribuunt quod extrahat animam vi magnetica a distantia sesquipedia, ex Metallis, vitriolo, Antimonio, succino &c. Et hinc eam Magnesiam nominant: Item ea mineram Auri vel Argenti reperiri posse.

Similiter mihi dicitur quod Argilla in Auri vel ferri mineria reperta et distillata det Aquam in quam si Ducatum ignitum immiseris, dealbat eum intus et extra, remanente forma et pondere: quodque anima Auri ab Aqua instar olei sese separet.

Plura ejusmodi exempla mihi narrantur de Terra communi Rore saepius irrorata: quae silentio praetereo.

Ex quodam Commentario in Cosmopolitam facto opera et studio ἀνδρὸς ὀρθοῦ ἡλίου

Plurimi Phi.

Ex Anonymo in ~~Epistolae [illegible]~~ Cosmopolitam.

Plurimi Philosophi per Terram virgineam intellexerunt Sulphur in Salibus contentum ita ut Salia praecipuè mineralia et metallica, quae Mercurium et Sulphur deposuerunt, in igne tandiu digesserint, donec eorum occultum manifestaretur et Sal in extractione et solutione igneum appareret. De hoc Sale hoc proverbium invenerunt, Salia Metallorum conficiunt Lapidem Philosophorum; Item visita interiora Terrae &c. quibus vitriolū innuere voluerunt, per plurimas enim purificationes (per cohobationem et frequentem solutionem cum Aqua Roris Maialis) deponens suam viriditatem in Diamantinam albedinem tandem in summam albedinem (sine quod revertitur in priorem viriditatem) exaltatur: ex quo deinde fit oleum melle dulcius et rubicundissimum

Ex eodem Commentario.

Colligimus Rorem Maialem sereno Coelo ante Solis ortum; qui post frequentem filtrationem in vitro positus Hermetice sigillatur, atque Soli per mensem expositus artificioso speculo olympico virtute Solis essentiali animatur quousque

aureo

aureo colore tincta sit, aptus ad distillandum et sic ex Balneo usque ad siccitatem liquor abstrahitur septies: postea Terra sua ~~residua~~ residuâ ponderatâ Aqua sua imbibitur et desiccatur, donec tribus partibus fuerit augmentata, quam postea vehementi igne ex Retorta distillamus et Mercurius simplex ascendit qui nihil est aliud quam Aurum vivum sanans omnes Morbos et renovans hominem.

Ex eodem Commentario.

Opinio et Experimentum Anonymi de Igne Jo. Pontani.

Cum filius Ignis sit medium uniendi calorem cum frigiditate, (quae unio ad unum intentum a Phia diverse facta est) et maxime necessarius; examinabimus quis nam sit Aereus ille ignis scilicet Agens, et hic terrestris Aqua scilicet Patiens huius miraculosi et simplicissimi operis: Ignis fidelitas et syncerè a Pontano nominatus ubi inquit, Ignis noster Mineralis est, aequalis etc, de Sulphure participat: Quibus verbis Ignem unum sed ex diversis

Materia

Ex Anonymo in Epistolam Jo. Pontani

Materia compositum describit, inter quas Sulphur minerale nominans, reliquas ut inventu faciles praeterit: iterum de hoc Igne ut cognoscas opinionem, scito eum nihil esse aliud praeter ignem salinum centralem et mineralem qui a suis salibus et subiectis separatus nihil praeter terram surdam et inanem in nulla Aqua dissolubilem post se relinquit. Dominus noster Jesus Christus sancti Marci capite nono et alibi ait Oportet ut omnia igne salientur: item quod sit omnium condimentorum optimum. Licet haec verba comparative allegata Theologica plane sint, attamen per ea Ignis salinus satis manifestatur.

Quicunque enim ex salibus Ignem extrahere poterit is Magistrum Artis se praedicare poterit: Atque Ignis hic quo profundius in subiecto fixus latet eo melius est.

Et inter omnia Salia nullum invenimus quod fixitate vitriolum superet, ideo quod superioribus Metallis affinis sit: Sed ad hunc fixum Ignem extrahendum qui in interioribus et occultis visceribus vitrioli latet requiritur clavis admodum volatilis. Et nullum Mineralium magis volatile est quam

Sulphur

Ex Anonymo in Epistolam Jo. Pontani.

Sulphur, et aptius: vna enim facie respicit
Salia, quorum Spiritus nihil aliud sunt quam
Spiritus Sulphuris, altera vero Mineralia Me=
tallisata; eius ope non solum extrahitur Spiritus
Sulphuris omnibus Salibus communis, sed etiã
fixum Sulphur quod maiori quantitate quam alia
Salia habet, per illud volatile redditur, modo aeris
ambitus sit ipsi liber quo magis vim suam
exserere queat: Id videmus in Sublimaõe Sulphuris
quod minimam partem fixi centralis Ignis in altũ
secum elevare potest, quod aer ei sit occlusus:
hinc Sublimationem repetere debemus si optimus
ut huius ignis virtus in qua tota vis Sulphuris
ad vsum medicum sita est floribus Sulphuris in=
sinuetur: Sulphur enim per se ad operationem
medicam nimis debile est nisi ignis hic salinus
ipsi incorporetur: Patet ergo error Spagyri=
corum qui flores Sulphuris ad vsum medicum
bene praeparatos credunt, modo venenum arseni=
cale (sed quasi modo) et terrestreitatem deposuerint:
ut etiam eorum qui ad Sublimaõem Sulphuris
vitriolo sal adhuc addunt, putantes Ignem Natura
eo exacuari, sed errant; venenositas enim eius

augetur

Ex Anonymo in Epistolam Jo. Pontani.

augetur ut patet in Mercurio Sublimato, qui tamen non est rejiciendus: alia enim est intentio in sublimatione Mercurii alia in Sulphuris: Sed ad propositum rediens dico quo minus feces habuerit in sublimatione, eo minus virtutis de vitriolo eliciet: hinc ut bene operetur inflametur sulphur, sua enim flamma est ignis Aethnicus, ignis ille subterraneus, siccus calidusque spiritus, praecipuum agens in compositione Lapidis philosophici iuxta Pontanum: Sicut enim fulgur tonitru est ipsa verissima Tinctura Physicorum, sed in eo laborandum ut fulgur corporalisetur in aquis nubis: Similiter oportet ut Ignis ille Aethnicus excipiatur in Aqua aliqua convenienti sui generis, et quo affinior haec Aqua est metallis, eo aptior pro subiecto alterius ingredientis huius operis Pontani:

Sed hic maxime considerandus est Magnus ille Naturae Sympathetica harmonicus, et contactus spiritualis ac invisibilis realis, tamen verissimque Sympathiae magneticae. O admirandam Naturae Sympathiam solis Philosophis orthodoxis cognitam!

Bene scripsit

Ex Anonymo in Epistolam Jo. Pontani.

Bene scripsit Pontanus, Ignis hic artificialis est ad inveniendum et est compendium sine sumptu aliquo aut saltem parvo. Ille enim qui in laboribus chymicis a iuventute se non exercuit, id fortuito etiam difficile invenit:

Et licet non gloriae de mea experientia, attamen in venadinum Hermetis filium hoc meum fortuitae inventionis experimentum subdere addidi:

Recipe Salis vitrioli (ut in quo fixus sulphureus spiritus adhuc occlusus latet, et nulla vi materialis Ignis elici potest) soluti et coagulati quoties placuerit, Sulphuris communis flavi, ana quantum volueris: Pone omnia bene mixta in vasculum in igne Rota et comburo sulphur a vitriolo, et restabit tibi in fundo Terra surda quae in aqua non amplius dissolvitur, nullius salis gustum referens: Et sic vitriolum erit praeparatum.

Ne mireris de hac vili et facili praeparatione multa enim Arcana per illam revelantur: Ignem enim igne expellere est magnum mysterium: Flamma sulphuris vitrioli humidum radicale auferens relinquit Terram surdam:

Si vero scieris hoc humidum radicale iam in

flamma

Ex Anonymo in Epistolam Io. Fontani.

Flamma sulphuris instar spiritus habitans corporisare, illud excipiendo subiecto appropriato (id quod suo contrario id est subiecto frigidae naturae fieri nullo modo debet) is a scopo Fontani non longe aberrabit:

Et sic vobis vitriolum gratis reuelo, sicut Fontanus primum ingrediens reuelauit sulphur scilicet quod vitrioli clauis est:

Sed cum hic Ignis qui ex hisce duobus exsultat sit consumens et annihilatiuus, plus destruens quam construens, plus corrumpens quam aedificans, temperetur alia via, ita ut quod hoc Igne quasi combustum et mortificatum erat per humidum aereum quendam fumum restauretur: Ita enim flamma fumusque alternatim agunt per vices, ambo prouenientes ex unico Igne ex tertiis suis Ingredientibus composito: Illa destruit et corrumpit, hic construit et aedificat: De qua temperata et alternata operatione loquitur Fontanus ubi dicit, Ignis noster corrumpet et generabit, putrefaciet et perficiet &c.

Hinc oportet ut tertium Ingrediens sit temperatura, non per se ex natura sua (nam est ex

metallico

Ex Anonymo in Epistolam Jo. Pontani.

metallico genere, et nulla huiusmodi res in toto Mineralium genere inveniri potest) sed per accidens:

Et licet Pontanus totam compositionem horum trium (quod sint Mineralia) Ignem mineralem nominet: attamen sciendum quod tertio Ingredienti nobilissima omnium vegetabilium essentia accidentaliter communicari debet. Haec enim abiecta omni superfluitate centraliter ei se insinuat, eiusmodi cum virtute ut id quod a fumo et flamma Sulphuris mortificatur, possit revivificare: Quam verò sit necessaria virtus vegetabilis, is indicabit qui considerare voluerit cum Lullio et Riplaeo quod Ignes corrosivi contra naturam absque additione et temperamento Ignis naturalis, ex vegetabilium numero et substantia petiti plus noceant quam prosint: Et quicunque Lapidem praeparare intendit hoc Igne minerali nudè ac simpliciter considerato, is damno suo sapiat, subiectum tertii Ingredientis metallici per nobilissimam vegetabilium virtutem destructum, hic proprio suo nomine appellare certas ob causas non audeo: Ex his illud percipiet Lector quod Philosophus de

eo dicit

Ex Anonymo in Epistolam Jo. Pontani.

de eo dicit, Optimus Mercurius apportatur nobis in corijs de Monte Pessulano: id quod de Argento vivo non debet intelligi.
Sic habes tria ista Ingredientia Pontani Ignem constituentia, qui ab Igne Carbonum continuo in Calore gubernari debet (ubi per vices colorata flamma instar Iridis perspiciuntur) Ignis quippe secretus ita regi debet ne ipsum patiens ab Agente suo avolet ac dispergatur, secundum illud Pontani, Non vaporat nisi nimium excitetur, gradus eius est cum mediocri ignitione.
hic Ignis mineralis flammis suis sulphureis dat calorem quo naturalius quam ab Igne communi, breviori tempore et minori sumptu quamlibet materiam solvere et perficere possumus (ut Pontanus nobis promittit) per gradus et colores.
Paracelsus eiusdem opinionis est, ut patet in libro suo de Thermis Piperinis ubi inquit, Calor naturalis alieno melior et aptior est:
hic Ignis secretus sulphureus ~~de~~ de se dat fumum mercurialem qui nihil aliud est nisi immatura

Tinctura

Ex Anonymo in Epistolam Jo. Pontani.

Tinctura et Sulphur Philosophorum, qui si arti=
ficialiter capitur (ut oleum Sulphuris per Cam=
panam) maxima est virtutis pro inceratione
praecipitati fixi Mercurii, eoque facillime figi
potest si fermentatur Sulphure quodam fixo ut
Auri vulgi vel Philosophorum.
Haec omnia subsidia dico ut ex his cognoscamus
non fumum solummodo, sed et flammae ipsae
huius Ignis esse maxime utiles.

Ex Commentario quodam Anonymi
in Epistolam Jo. Pontani.

De Materia vniuersali ex Io. vuolfgango.

Materiam et lapidis et medicinae catholicae Philosophi aiunt esse debere informem, chaoticam, indefinitam, omnium formarum capacem hoc est dispositam ut ex illa aequè benè Animal quam Planta, Minerale aliquod imperfectum quam Metallum generari possit. Oportet ut illi conueniat nomen Adam; ut constet ex quatuor partibus quae unum quid aeternum respectu sui totius possint appellari; quarum duae visibiles, aliae duae nostros sensus sua subtilitate effugiant; duae agant duae etiam patiantur.

Oportet ut inueniri possit illa Materia vniuersalis semper, ubique, et ab omnibus, ut tam sit humanae vitae necessaria quam Cibus potusue, imò multò magis; ut pars eius solidior incombustibilis sit, liquida verò ab igne fugiat et reliquorum volatilium more in fumum resoluatur, quarum una oriatur ex alterâ et in eandem reciprocè desinat ac commutetur: ut nota denique illa hermetica Tabula Archidoxa in illa perfectissimè complectantur.

Sed cui obseruo

Ex Jo. Vuolfango de Materia vniuersali·

Sed cui obsecro rerum creatarum omnium praeter=quam solis Elementis illa conueniunt? Quid hydrargyrium, Sulphur, vitriolum, Stibium, Sales, Alumina; quid Animalia, Plantae, Arbores; quid Metalla ipsa cum hisce proprietatibus commune habent? Nulli eorum etiamsi per capillos traxeris hasce qualitates poteris applicare. Elementa vero ~~numquid~~ numquid omnium omnino rerum Materiae et Subiecta sunt. Nonne vt per separationem, à Chao illo antiquo descenderunt, et quatuor facta sunt, ita planè chaotica ~~[illegible]~~ manent, et iterum confusa pristinum Chaos effi=cere omnino possunt? Numquid ex eadem Terra et Aqua computrefacta Serpens nascitur, et ex iisdem coactis et coctis Coelorum vi, Silex fieri aut pretiosus etiam Lapis aliquis potest? Nonne vbi exhalandi aliquem locum adeptus est Chaos omnium omnino ex Terra nascentium, vegetabiliumue generatiua via et causa efficitur? Nonne Adam nihil aliud quam Terram eamque rubram qualis Creationis tempore fuisse creditur et adhuc hodiè purissima quaeque est, significat? Nonne quatuor Elementa cum sint, vnam tantummodo eandemque naturalem

naturalem essentiam habent? Nonne id perquam clare et reciproco eorum ortu et occasu quo unum ex altero oritur et in idem desinit, colligitur. Terra numquid et Aqua videri se et palpari manibus etiam patiuntur. Ignis vero et Aer nostros sensus effugiunt: Nam qui videri à nobis Ignis potest, ille non elementalis sed elementatus tantummodo est, concretione substantiarum terrestrium impurarum inflammabiliumque coinquinatus: verus Ignis Aerque uti agentia debet in passibilium Elementorum visceribus haud secus ac naturalis calor in Animantis stomacho, non tamen absque actione abscondita delitescunt. unde dixit Gallus quidam non indocte.

Le Feu est enclos bien et beau
dans la Terre, et l'Air dans l'Eau.

hoc est, Aerem quidem Aquâ; Ignem vero Terrâ invisibiliter contineri. Quid autem obsecro aquâ aut plus etiam quam cibus ~~vel~~ necessarium est nisi ipsa Elementa; Terra videlicet cui insistimus; Aer cui respiramus; Aqua et Ignis sine quibus adeo vivere nequimus, ut Romani iis olim Aqua et Igne interdicerent quos secum una vivere ob ingens aliquod perpetratum scelus nullo modo

vellent

Ex Jo. Vuolfango De Materia Universali.

velleru, cum enim sine eorum usu neminem vivere posse perciperent, interdictu eorumdem vita et societate humana interdicebant. Atqui Elementa semper et ubique et ab omnibus haberi posse ita clarum est ut nulla egeat probatione. Vel in altissimo etiam Mari Terra est, et in siccissima Terra, Aqua; licet profundius quaerenda egesto solo invenitur, in quibus bina alia Elementa diximus contineri.

Ex Jo. Vuolfango In Tractatu Medicina Universalis.

Diagraphe

Anonymi Philosophici

fraternitatis Rosea Crucis

Discursus

brevior sive Specimen Trinitatis

Philosophia Sacra, et Medicina Summa.

Jehova Trinus

Omnia ex nihilo.

Spiritus Domini ferebatur super Aquas

Chaos.

Primum hyle Sapientum

Omnia ex Aqua sunt creata

firmamentū, mineralia, vegetabilia Animalia.

Macrocosmus

Macrocosmus.

Omnium Creatorū Creatura perfectissima.

homo.

Imago Dei Altissimi.

(invisibilis

Anima immortalis, ignis coelestis in-

a h. lapsus. In Messias

Lumen gratiae et Naturae.

Sili ~

Prima materia corporis perfecti -

Matrix medii Cosmi

Balsamus et Mumia

Magnesq̄ magicus in Microcosmo incomparabilis

Aqua sapientum ex qua omnia et in qua

omnia, quae omnia regit: in qua oratur,

et in

et in qua ipse error corrigitur.

Mens sana in corpore sano.

Preces indefessæ.

Patientia et mora testudinea

Materia, vas, fornax, Ignis, coctio,

est sola res una,

In ipsa sola initiū mediū et finis

nihil alienum admittit, et absque alieno per= (ficitur

Recte in Mercurio est quicquid

quærunt sapientes.

Fontina diaphana

Duplex Mercurius

Rotatio Sphærarum omnium Planetarum,

et ens in momento fumigans, nigrum

à Lucente

Mors et vita

Regeneratio cum Renovatione:

Initium

Ex Anonymo Roseæ Crucis

Initium fixionis, medium et finis.

Summa et fundamentu[m] totius secreti ma- (gici

℞. quinti esse Macro et Microcosmi

sive Mercurii philosophici

1 Ignis invisibilis coelestis vini

2 et Salis Metalloru[m], ana quantum satis

fiat arte magicophilosophica, rotando, solvendo,

coagulando et fixando,

Medicina Summa

in qua

Sapientia maior, Sanitas perfecta, et

opes plus sufficientes.

Omnia ab uno: et

Omnia ad unum

festinatio et ostentatio ad Orcum.

Dictum

Dictum sat de simplici et plano,
relicta omni malitia.
Vathmoa obstaculum.
Fiat voluntas Jehoua

Soli Deo Gloria.

Finis

- per ignem verum
Nomen et Aetas
pallua.

Quid ergo nostra est Materia, vera recta philosophica materia? audeo ne dicere? tamen dicam diligenter attende: Nostra Materia est Spiritus non Corpus, nostra materia non est Minerale sed Sulphur et Mercurius mineralia, virtuositas et vapor, Electrum immaturum minerale: Nra materia non est Aurum sed Semen Auri: non est Metallum sed Metallorum omnium radix.

Ex tractatu manuscripto cuius haec est inscriptio Crux absque Cruce ab Anonymo Rosea Crucia.

Ex Anonymo Rosea Crucia.

Arbor Pansophiæ Roseæ Cruciæ

Primum Una

Idea

secundum

Natura

tertium

Elementa

quartum

Sperma macrocosmi.

Natura triplex

Mineralia, vegetabilia Animalia

quorum

quorum mundana perfectio

Microcosmus

quia omnium scientiarum

artiumque possessor,

et

sacra Dei productoria imago.

vltimum sua

Idea

A et Ω.



Schema Roseæ Crucis

Iehova

Omnia ab uno

Natura

Ignis, Terra, Aqua, Aer

Vegetabile Minerale

Omnia

ad unum




A

Microcosmus.

tibi

veritas simplex



69707
11, 11,

